AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1990

L. ANNAEI SENECAE
ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΣ

EDIDIT

RENATA RONCALI



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1990

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

ISBN 3-322-00670-0

1. Auflage
VLN 294/375/11/90 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK
Graphischer Großbetrieb Leipzig III/18/97
Bestell-Nr. 666 506 7
02700

PRAEFATIO

Satira menippea L. Annaeo Senecae a codicibus attributa *Ἀποκολοκύντωσις* vulgo dicitur ex illo loco Xiphilini (epit. Cassii Dionis 60,35) in quo narratur de morte Claudii:

οὕτω μὲν ὁ Κλαύδιος μετήλλαξεν, ἐς τοῦτό τε ⟨ὅ τε⟩ ἀστὴρ ὁ κομήτης ἐπὶ πλεῖστον ὀφθείς, καὶ ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης, ὅ τε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσών, καὶ ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Νικαίου ἄνοιξις, τό τε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συστραφέν, καὶ ὅτι ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησεν, ἔδοξε σημῆναι. ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιοῦντο ὃν ἀπεκτόνεσαν, ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν. ὅθενπερ Λούκιος Ἰούνιος Γαλλίων ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς ἀστειότατόν τι ἀπεφθέγξατο. συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ ὥσπερ τινὰ ἀθανάτισιν ὀνομάσας· ἐκεῖνος δὲ ἐν βραχυτάτῳ πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ θανατουμένους ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δήμιοι ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἀνεῖλκον κἀντεῦθεν ἐς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι.

Vir doctus Andreas Alciatus in suis *Παρέργων* Iuris libris ubi locos nonnullos in libello Senecae de morte Claudii emendavit haec adnotavit: 'cuius (libelli) meminit etiam Dion. lib. LVIII et a Seneca inscriptum tradit *ἀποθέωσις*'. amplius vero Hadrianus Iunius in suis Animadversorum libris et in Annotationibus in L. Annaei Senecae Ludum de morte Claudii[1]) ostendit 'Ludum de morte Claudii Caesaris a Seneca iocose, sed non absque felleo sale, eruditis leporibus condito, conscriptum, ... diverso planeque alio fuisse titulo ab auctore invulgatum, quam nunc inscriptus legatur, ... praesertim quum disertis illud verbis proditum sit a Dione Cocceio, haudquaquam dilutae auctoritatis scriptore qui historiarum duodesexagesimo libro scribit a Seneca exisse opusculum titulo *Ἀποκολοκύντωσιν*, quo Claudii Caesaris ad superos excessum consignarit'. ita vero Iunius titulum interpretatus est: 'quod, cum constet Claudium medicati boleti esu fuisse consumptum, fraude quidem uxoris, sed ingenio Locustae nobilis veneficae, huic titulum libello dederit auctor, a praecipui usus purgante medicamine, Colocynthide'. post Hadrianum Iunium de titulo libelli viri docti alii alia disputaverunt, plerique vero opinati Senecam de Claudii morte libellum edidisse sub titulo *Ἀποκολοκύντωσις*, cum eo verbo, ad analogiam verbi pervulgati *ἀπαθανάτισις* (i. e.

---

1) *Παρέργων* Iuris libri VII posteriores A. Alciato auctore, Lugduni 1544, lib. VI, cap. 5, 49; H. Iunii Animadversa I 17 in I. Gruteri Lampade, IV, Francofurti 1604, 342; Senecae ... Opera a Iusto Lipsio emendata, Antverpiae [2]1615, 784.

ἀποθέωσις), Claudium stultum in deorum numerum relatum designare auctor voluisset. legentium animos ad haec tamen adverto: narrationem de morte Claudii non in Cassii Dionis Historia, sed tantum in Xiphilini epitome nobis traditam; codices autem duas praebere lectiones: *ἀποκολοκύντωσιν* **Lb** (Laur. 70, 10, saec. XV), *ἀποκολοκέντωσιν* **C** (Coisl. 320, saec. XV; *-κυντωσιν* **C** corr.), **V** (Vat. gr. 145, saec. XV). si *ἀποκολοκέντωσιν* explicare velis, lege, sis, quae de morte Tiberii Suetonius tradidit: 'morte eius ita laetatus est populus, ut ad primum nuntium discurrens pars 'Tiberium in Tiberim!' clamitarent, pars Terram matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent, alii uncum et Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis etiam recenti atrocitate' (Tib. 75); nec non adclamationes senatus post mortem Commodi: 'qui senatum occidit, unco trahatur: qui innocentes occidit, unco trahatur:...qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur...qui omnes occidit, unco trahatur. qui omnem aetatem occidit, unco trahatur. qui utrumque sexum occidit, unco trahatur etc.' (SHA VII Comm. 18–19).

Utut res se habet, satiram contra Claudium a Seneca *Ἀποκολοκύντωσιν* inscriptam esse pro certo habent plerique viri docti. in omnibus tamen codicibus hae inscriptiones leguntur: *ἀποθέωσις per satiram, satira* vel *ludus de morte Claudii* et similia (v. p. XXIV).

Ex XLVII codicibus manuscriptis qui Senecae libellum contra Claudium tradunt tres sunt praecipui, saec. IX ex./ XII in., quos accuratius descriptura sum, ut clare illustretur quomodo ab aliis Senecae operibus disiunctum hoc opusculum sit traditum, fortasse quod anonymum primitus divulgatum est.[1])

S Codex Sangallensis 569 (Stiftsbibliothek, St. Gallen), miscellaneus, septem partes complectitur a IX usque ad XIII saec. scriptas.

In hoc libro continentur: I. Vita S. Ambrosii (ff. 3–97, f. 2 continet signum Monasterii S. Galli, f. 98 vacuum; saec. IX ex.); II. Vita S. Silvestri episcopi papae urbis Romae (ff. 99–151, f. 152 vacuum; saec. IX ex.); III. Passio S. Miniatis martyris (ff. 153–160, saec. IX/X); IV. Passio S. Alexandri papae et martyris et aliorum Sanctorum (ff. 161–182, saec. X); V. Vita S. Nicolai (ff. 183–221, 222 vacuum, saec. XII/XIII); VI. Passio beatissimorum martyrum Victoris et Ursi (ff. 224–239, f. 223 continet signum Monasterii S. Galli, saec. X ex.); VII. Fragmentum membranaceum L. Annaei Senecae satiram inter alia continens (ff. 240–257, saec. IX ex., in Germania, in Fuldensi monasterio?, scriptum[2]); f. 258 saec. XII/XIII, f. 259 vacuum). ex abrupto incipit

---

1) Cf. K. Barwick, Senecas Apocolocyntosis, eine zweite Ausgabe des Verfassers, RhMus 92, 1943, 159–173; R. Roncali, L'anonima «Apoteosi del divo Claudio», Belfagor 29, 1974, 571–573.

2) Cf. M. Coffey, Roman Satire, London 1976, 176; L. D. Reynolds, Apocolocyntosis, in: Texts and Transmission. A Survey of the Latin Classics, Oxford 1983, 361; P. T. Eden, ed. 1984, 23. contra C. F. Russo, ed. 1948, 20 in Gallico scriptorio codicem scriptum esse censet; ed. [2]1955–[6]1985, 131.133, in Italia, saec. X, duce A. Bruckner.

f. 240 verbis ⟨*p*⟩*hoebo id est soli quadrigam ascribunt... Filogeus quod latine amans terram dicitur* (cf. Fulg. myth. I 12 Fabula Apollinis; Mythogr. I 113 etc.; Beda, PL 90, 900 De Solis equorum nominibus). sequuntur quattuor versus de activa et contemplativa vita (*activa igitur vita est quae in operationibus huic vitaē mortali necessariis et honestis moribus subsistit. contemplativa vero quae supergressa visibilia de divinis et caelestibus aliqua contemplatur*). ff. 240–241 continent opusculum Bedae adscriptum De septem mundi miraculis (PL 90, 961–962), f. 241 praeterea continet tres sententias morales[1]); ff. 241–242 continent descriptionem herbarum salutarium et medicamentorum; f. 242 explicit his verbis: *erat autem cibus Salomonis per singulos dies XXX choros simile et LX choros farinae. decem boves pingues et XX boves paschuales et C arietes excepta venatione cervorum caprearum atque bubulorum* (corr. *bubalorum*) *et avium altalium* (de cibo Salomonis cf. lib. Regum III 5; Bedae lib. de templo Salomonis 2 [PL 91, 739]). ff. 243–251 continent Senecae satiram, litteris Carolinis scriptam, singulis columnis 32 versuum, praeter f. 250, binis columnis, in quo neniam dimetris anapaesticis legimus et quae sequuntur (usque ad 13, 5 *occurrunt*). Graeca verba litteris uncialibus scripta sunt, titulus vero nec non verba *NENIA CANTABATVR ANAPAESTIS* (12, 3) litteris maiusculis. inscriptio: *DIVI CLAVDII* (*V* s. l.) *INCIPIT ΑΠΟΘΗΟCΙC ANNEI SENECE ₽ SATIRĀ*, subscriptio: *DIVI CLAVDII EXPLICIT APOTHEOSIS ANNEI SENECAE PER SATVRAM.* ff. 252–257 continent librum beati Methodi episcopi ecclesiae Paterensis et martyris de hebraeo et graeco in latinum translatum de principio saeculi et inter regna gentium et finem saeculorum quem illuster virorum beatus Hieronymus in suis opusculis collaudavit (Maxima Bibliotheca vett. Patrum et Antiquorum Scriptorum Ecclesiasticorum, Lugduni 1677, III 727); f. 258 continet fragmentum Vitae S. Mariae Aegyptiacae meretricis, auctore Sophronio, interprete Paulo Diacono, a verbis *vidit eam elevatam* usque ad verba *Alexandriam veni* (PL 73, 679–680); f. 259 vacuum.

Codicis folium 243, quod initium libelli nostri continet, usque ad l. 14 (*nemo credidit*) rescriptum videtur; ceterum textus a duabus manibus scriptus est: praecipua, correctior, maximam partem exaravit; manus altera his locis agnoscitur: f. 243 l. 15 a verbis *quod viderit* (1, 3) usque ad f. 244 l. 11 *pusillum temporis* (3, 3) [fortasse usque ad l. 20 *convictoribus*]; f. 245 l. 30 a verbis *nemo felicitatis suae* (5, 1) usque ad f. 246, l. 12 *TOKHEC* (5, 4). codex a librario ipso rarius correctus est.

V Codex Valentianensis 411 (olim 393) (Bibliothèque Municipale, Valenciennes), membr., in Gallia scriptus, circa Remorum civitatem, Hucbaldi monachi S. Amandi Elnonensis aetate (840–930).[2])

---

1) 1. *Multis ad coercendam audaciam valet propositum punitionis exemplum. cum ipsa miseri praesens forma viventis. et ad recordationem admonet conscios. et ad sciscitationem cogit ignaros.* 2. *Unum quodque malum tanto gravius accenditur quanto impatientius toleratur.* 3. *Quanto libertatem quis magis sibi subtrahi intellegit tanto avidius desiderat.*

2) De codice Valentianensi v. F. Giancotti, Ricerche sulla tradizione manoscritta delle Sentenze di Publilio Siro, Messina – Firenze 1963, 57–63; D. A. Traill, Walahfrid Strabo's Visio Wettini: text, translation, and commentary, Bern – Frankfurt/M. 1974, 21–22; L. D. Reynolds 361–362.

In prima pagina codicis hoc tantum legitur: *AMAN*, et in f. 1ᵛ: *liber Monasterii Sancti Amandi in Pabula ordinis divi Benedicti.* in hoc libro continentur: ff. 2–57 Marii Plotii liber de metris (GL VI 496–546); ff. 57–69 Ars Marii Servii grammatici de centum metris (GL IV 456–467); ff. 69–75 Genera metrorum Boethii, B. Servato Lupo Presbytero et Ferrariensi Abbati adscripta (Boethii de consolatione philosophiae, ed. Peiper, XXV–XXIX); ff. 75–88ᵛ Annaei Senecae Proverbia; f. 88ᵛ carmen quod inscribitur *Romae in imagine Constantini* (Anth. lat. I 2 n. 487 b); ff. 88ᵛ–89 carmen q. i. *In memoria cuiusdam militis* (Anth. lat. I 2 n. 660), epitaphium quod traditur etiam in codice Londiniensi (**L**, v. infra) nec non in codd. recentioribus e **L** pendentibus (Paris. lat. 6630, Paris. lat. 8717), et item in Vat. lat. 2212 (qui, quamvis e cod. Sangallensi pendens, tamen est interpolatus); ff. 89ʳ⁻ᵛ carmen q. i. *Lugduni in memoria geminorum* (Anth. lat. I 2 n. 661); f. 89ᵛ carmen q. i. *In tumulo cuiusdam medici* (Anth. lat. I 2 n. 662); ff. 90–105 *SENECE LVDVS DE MORTE CLAVDII.* titulus uncialibus litteris inscriptus est. subscriptio deest; sequuntur versus: *Damnabis numquam longum post tempus amicum / mutavit mores sed pignora prima memento* (Dist. Cat. IV 41 p. 249 ed. Boas-Botschuyver); f. 105ᵛ vacuum; ff. 106–136ᵛ Walahfridi Strabi Visio Wettini (E. Dümmler, MGH, Poetae lat. Aevi Carolini II 301–333; ed. D. A. Traill, Bern/Frankfurt 1974, 187–206); f. 137 carmen quod inscribitur *De aetatibus animantium Hesiod⟨ion⟩* (Anth. lat. I 2 n. 647) vv. 1–10; f. 137ᵛ De diversis vocabulis nympharum; 138ʳ⁻ᵛ *Quattuor a quadro consurgunt limite venti* (De ventis, Anth. lat. I 2 n. 484); ff. 138ᵛ–139 *Ad Boreae partes Arctoi vertuntur et Anguis* (Prisciani De sideribus, Anth. lat. I 2 n. 679); f. 139 *Tarpeio quondam consedit culmine cornix / est bene non potuit dicere, dixit erit* (distichon a Suetonio, Dom. 23 traditum); sequuntur versus: *Littera rem gestam loquitur; res ipsa medullam / verbi, quam vivax mens videt, intus habet* (Anth. lat. I 2 n. 663); ff. 139ʳ⁻ᵛ *Clio historias, Euterpe tibias* etc. (Catonis Nomina Musarum, Anth. lat. I 2 n. 664); f. 140 *V.V.V. Venit Victor Vitalis / V.V.V. Vicit Viros Vestrae Vrbis / V. V. V. Victor Venit Validus / A.A.A. Auferre Aurum Aroma / R.R.R. Regnum Ruit Romanorum / F.F.F. Fame Ferro Frigore / P.P.P. Pater Patriae Profectus est / R.R.R.R. Regale Regnum Romanorum Ruit et Roma*; in ima pagina legitur *AMAN*; in f. 141 manus saec. XVI haec verba adiecit: *Homo crescit usque ad an. XXII. Item in Longitudine et Latitudine usque ad an. XXXXV* (quartum *X* erasum).

Senecae ludus scriptus est litteris Carolinis. Graeca verba (e latinis tantum 12,3 *NENIA CANTABATVR ANAPAESTIS*) plerumque litteris uncialibus exscripta sunt. singulae autem columnae sedecim versibus constant praeter f. 102 in quo neniam dimetris anapaesticis binis columnis linea separatis legimus. textus libelli a duabus manibus correctus est: manus secunda (**V²**) est eiusdem atque librarii aetatis, manus tertia (**V³**) vix recentior, quae non semper a priore distingui potest, praesertim si una tantum littera corrigitur. verba Homeri, Od. 9, 39–40 restituuntur in margine f. 95 a manu quarta, saec. XVI, fortasse Hadriani Iunii, quem Sancti Amandi codice vetusto usum esse constat (cf. Annotationes in ed. Basileensi a. 1557). signa interrogationis, quae librarius praeter usitatam interpunctionem passim apposuit, magni momenti mihi videntur; ea vero quasi iisdem locis in codice Londiniensi (de quo v. infra) inveni; desunt contra in codice Sangallensi. librarius posuit signa interrogationis post haec verba: *quis coacturus est* (1,1), *et respondit invides* (3, 2), *quare inquit* (8, 3), *numquam occidit* (11, 1), *hunc deum facere vultis*

(11,3), *quid di ad homines* (13,2), *quaeris quomodo* (13,6), *amicorum interfector* (13,6).

L Codex Londiniensis Add. 11983 (olim Butlerianus) (British Library, London), membr., saec. XI ex./XII in. in Gallia, ut videtur, scriptus (Reynolds 364–365).

In hoc libro continentur: ff. 4–21^{v} Senecae de clementia (inscriptio deest); ff. 21^{v}–28^{v} *INCIPIT EIVSDEM SENECE LVDVS DE MORTE CLAVDII CESARIS* (subscriptio *EXPLICIT LVDVS SENECE DE MORTE CLAVDII CESARIS*); ff. 28^{v}–36^{v} Proverbia Senecae per ordinem alphabeticum disposita; ff. 36^{v}–39 Carmina de Caesaribus; ff. 39^{r-v} Epitaphium Senecae (Anth. lat. I 2 n. 667), *Thrax puer adstricto glacie* (Anth. lat. I 2 n. 709 Germanici De puero glacie perempto), *Ut belli sonuere tubae, violentia peremit* (Anth. lat. I 1 n. 392), *Almo Theon Thyrsis orti sub colle Pelori* (Anth. lat. I 1 n. 393), *Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris* (Anth. lat. I 2 n. 660 In memoria cuiusdam militis); ff. 40–43 Excerpta Dialogorum Senecae (De providentia, De constantia sapientis, De ira I–II), de quibus v. Reynolds 367; ff. 43–46^{v} Marbodi Redonensis Episcopi De ornamentis verborum (PL 171, 1687–1692); ff. 46^{v}–47 Septem carmina Richardo Cluniacensi adscripta (A. B. Scott, Some Poems Attributed to Richard of Cluny, Medieval Learning and Literature, Essays presented to R. W. Hunt, Oxford 1976, 181–199); f. 47^{v} vacuum; ff. 48–70 Epitoma librorum Annaei Senecae De beneficiis; ff. 70^{v}–84^{v} Ps. Apul. Asclepius, in fine mutilus, desinit in verbis *etsi miranda sunt* (37 p. 76,18 Thomas); f. 85 notulae a manu recentiore appositae: *orent Andreasque Petrus* etc. in principio codicis ff. 1–2^{r}, 3 vacua sunt; in f. 2^{v} sententiae vel notulae leguntur a manu recentiore scriptae; in f. I et iterum in f. 3^{v} index praesto est; in medio f. I nota possessionis apposita: *Robertus Aiscogh.*


Senecae Ludus scriptus est singulis columnis undetriginta versuum; anapaesti trimetris scripti sunt; Graeca verba, inscriptio et subscriptio, nec non verba *QVID ACTVM SIT IN CAELO* (1,1) et *NENIA* (12,3) maiusculis litteris exarata. codex correctus est a duabus manibus, altera eiusdem atque librarii aetatis, altera saeculi XIV ex./XV in. in marginibus ff. 28^{r-v} exstant glossae de Tantalo et Ixione. signa interrogationis, ut supra diximus, invenimus iisdem locis ac in codice Valentianensi, et plura alia post haec verba: *iuratores exegit* (1,2), *tam bonam* (2,3), *torqueri pateris* (3,1), *sonas* (7,2 v. 4), *altrix tui* (7,2 v. 14), *Stoici dei* (8,1), *viris dicam* (10,3), *damnasti* (10,4), *solet in caelo* (10,4), *quis credet* (11,4), *huc venistis* (13,6).

Quae ratio intercedat inter codices **S** et **VL** (nec non inter **V** et **L**) post Russo (ed. 27–33) plenius disputavit Eden (The Manuscript Tradition of Seneca's Apocolocyntosis, CQ 29, 1979, 149–161). ex his disputationibus manifestum est codices **SVL** ab uno archetypo descendisse. omnes enim lacunam magnam – ut ab omnibus fere interpretibus et editoribus observatum est – praebent post c. 7 in qua narrabatur, ut videtur, quomodo Hercules in curiam deorum cum Claudio irrueret et inde commotio orta esset. praeterea codices antiquiores **SVL** Graeca verba iisdem locis corrupta praebent et praesertim verba Latina quae Graeca sequuntur in cap. 12,3 *NENIA CANTA-*

BATVR ANAPAESTIS (L tantum *NENIA*) maiusculis litteris tradita habent, quae archetypi communis, ut mihi videtur, vestigia quoque ostendunt. demum praecipui hi sunt errores archetypi qui in **SVL** inveniri possunt:

2, 3 *rustice adquiescunt*; 3, 1 *cruciatus esset*; 3, 4 *badae*; 6, 1 *fabro/fabros*; 7, 2 v. 1 *exprime...sed*; 9, 1 *sententiam dicere nec disputare*; 9, 4 *velle* (pro *belle*); 10, 3 *sor/for/phor*; 11, 2 *tristionias* (*-am*) *assarionem*; 12, 1 *senatorum*; 13, 1 *nuntius*; 13, 5 *arporas*; 13, 5 *pherona otus/-ttus/-tius*; 13, 6 *stellas*; 14, 3 *sium/siuni.*

VL autem ab eodem exemplari, subarchetypo ut dici solet, descendunt: habent enim, praeter communem titulum *Ludus de morte Claudii*, errores coniunctivos, omissiones, verba transposita, de quibus v. Russo et Eden locis laudatis. praeterea dignum mihi videtur nota quod **V** et **L** – ut supra diximus – iisdem locis signa interrogationis praebent. quare hoc stemmate ratio codicum **S V L** illustrari potest:



Omnes codices recentiores, qui, saeculis XIII–XV exarati, saepenumero corrupti et contaminati sunt, in duas familias summatim discedunt, quarum altera ex **S** derivata quindecim libros comprehendit (**s**), altera ex **L**, aliquanto amplior, libros undetriginta (**l**). e codice Valentianensi nullus, ut videtur, pendet liber recentior, ut ostenderunt G. Cavallo in dissertatione apud Universitatem Barensem a. 1961 habita (cf. Russo ed. 134 [32–33]) et Eden (ed. 23). varietatis lectionum, quae in codicibus recentioribus inveniuntur, mentionem facere haud alienum visum est mihi, praesertim quotiens textus laborare videbatur. bonae lectiones nonnullae ingenio librariorum vel correctorum procul dubio debentur: e. g. 13, 1 *Talthybius deorum nuntius* (*satelles* Laur. Aed. 180) codd.: *Talthybius deorum* Holkhamicus 390; quam vero expunctionem post Gronovium ('deleo *τὸ nuncius* pro manifesto additamento interpretis') et Camden (teste Grutero) omnes editores probaverunt.

Codices familiae **s** hi sunt:

Antonianus Patavinus I 9 (Biblioteca Antoniana, Padova), membr., saec. XIV in. in Italia scriptus.

Continet Senecae et Ps. Senecae opera, sententias philosophorum, tractatus morales anonymos, Isocratis exhortationes ad Dimonicum (sic). ff. 301–303 (binis columnis, lineis plenis 45/47): inscriptio recentissima *Senecae liber de Morte Claudii Caesaris* (in mg. sup. dextro vix legitur titulus antiquus *Liber Senece de morte Claudii*), subscriptio *Lucij annei senece* (s. l.) *de morte Claudij lib(er) explicit.* paragraphorum signa ante singulos hexametros, iambos et passim anapaestos frequentius invenimus. Graeca verba, Latinis litteris cum Graecis permixtis, intelligi non possunt.

Casinensis 392 (Biblioteca dell'Abbazia, Montecassino), membr., duas partes complectitur. altera pars, saec. XIII, continet Senecae tragoedias, altera, saec. XIV ex. in Italia scripta, continet Senecae satiram et Vegetii epitomen.

ff. 121–126 (binis columnis, lineis plenis 48): inscriptio *Lutij Annei Senece Satira de Claudio Cesare*, subscriptio eadem. paragraphorum signa ante versus et frequenter in soluta oratione invenimus. anapaesti monometris scripti sunt. Graeca verba, Latinis litteris cum Graecis permixtis, parum intelligi possunt.

Cracoviensis 722 (olim CC VIII 4) (Biblioteka Jagiellońska, Kraków), membr., a. D. 1430 (XVI kal. Septembr.) a librario Petro de Telcze scriptus.

Continet F. Petrarcae De remediis utriusque fortunae, Senecae rhetoris declamationes, L. Annaei Senecae opera complura. ff. 327v–329v (binis columnis, lineis plenis 52): inscriptio *Lucii Annei Senece Satira de Claudio cesare incipit*, subscriptio *expliciunt Satire Senece Amen.* rarius paragraphorum signa inveniuntur (ante verba *variae erant sententiae* [9,6] et *pedibus in hanc sententiam* [11,6]). Graeca verba vel omissa sunt et scriptum est *graecum* vel, Latinis litteris cum Graecis permixtis, intelligi non possunt.

Codex Crac. 722 errores exhibet iisdem locis ac codd. Paris. n. a. lat. 1303 et Vat. lat. 2201, ex quibus cognationem quandam inter hos codices esse manifestum est. e. g. 1, 3 *caelum*] *in caelum*; 4, 1 v. 1 *turpi*] *cursu*; 4, 1 v. 13 *contorto*] *cum croco* (*-cho*); 4, 1 v. 16 *et laetus*]. *Eletus* (*Ellectus*); 5, 3 *incessum*] *et incessum*; 5, 3 *esse*] *esset*; 5, 4 *Graeculo*] *gratulor*; 6, 1 *Febris*] *Phoebus*; 6, 1 *sextum decimum*] *primum*; 6, 2 *unum*] *minus*; 7, 2 v. 8 *pecus*] *pectus*; 7, 2 v. 14 *altrix*] *altrixque*; 7, 3 *Romae sibi parem*] *parem sibi Romae parem*; 7, 3 *idem*] *idcirco*; 8, 1 post *impetum fecisti* add. *impetum*; 8, 1 *modo* om.; 8, 1 *rotundus*] *iocundus*; 9, 5 *contingat*] *contergat*; 9, 5 *qui cum* om.; 10, 1 *contra summam facundiam*; 10, 3 *de tot*] *utar*; 10, 4 *causa mala*] *tam mala*; 12, 2 *causidicos*] *at causidicos*; 13, 4 *pantomimus*] *patronius*; 13, 5 *facto*] *dicto*; 13, 6 *in ius*] *iustus*; 13, 6 *tibi hic*] *hic tibi*; 14, 4 *non*] *nam.*

Cracoviensis 534 (olim CC VII 40), chart., a.D. 1433 a librario Michaele de Florentia scriptus.

ff. 249v–252 (binis columnis, lineis plenis 55/58): inscriptio *Lucij Annei Senece satira de claudio cesare incipit liber*, subscriptio *explicit satire Senece Amen.* codex descriptus e Crac. 722 (cf. Eden 1979, 158–159).

Dublinensis E.5.20 (Trinity College Library, Dublin), chart., saec. XV.

Continet excerpta Marci Poli, Senecae, Petronii, Terentii, Sallustii, Boethii, Macrobii, Ciceronis, Quintiliani, Caesaris, Sidonii Apollinaris, Vegetii, Flavii Iosephi, Papiae, Gellii, Orosii, Trogi Pompeii. ff. 182v–186v (singulis columnis, lineis plenis 43/45): inscriptio *De morte Claudii Caesaris et iudicio penaque post mortem*, subscriptio deest. post Senecae satiram codex continet varia: Dialogum Scipionis, collationem in-

ter Senecam et Lucilium, argumentum in Lucani Bellum civile, Apocalypsim Walteri Map, proverbia Varronis. iambi et anapaesti velut soluta oratio scripti sunt. in omnibus carminibus ordo versuum perturbatus est. Graeca verba omissa sunt spatio vacuo relicto. codex Dublinensis lectiones singulares vel scripturae menda codicis Sangallensis 569 praebet, sed a codd. familiae **s** (v. infra p. XVI) discrepat. quare in stemmate ab aliis codicibus familiae **s** seiunxi (v. infra p. XXV). codex contaminatus cum fam. **l** (cf. Eden ed. 24).

Holkhamicus 390 (Bodleian Library, Holkham Hall Ms., Oxford), membr., saec. XIV in Italia scriptus (Eden ed. 23).

In f. IV leguntur notae possessionis: *L. Annaei Senecae opus a se, ab antiquitate suspiciendum Paulus Melissus e Germania I. Lipsio dono misit. Ioannes Woverius Antverpiensis nunc* [1605] *possideo, ea lege, ut post me alium atque alium dominum sortiatur.* continet opera Senecae et Ps. Senecae. ff. 259ᵛ–262 (binis columnis, lineis plenis 53): inscriptio *Lucij annei senece liber de celo sive luctus de morte divi claudij*, subscriptio *Explicit liber de coelo sive liber luctus de morte divi claudij. Amen. Lucij anei senece.* paragraphorum signa ante versus et passim in soluta oratione invenimus. anapaesti velut soluta oratio scripti sunt. Graeca verba valde corrupta sunt nec intelligi possunt.

Laurentianus Aedilium Florentinae Ecclesiae 168 (Biblioteca Medicea Laurenziana, Firenze), chart., saec. XV ex.

Continet Columellae de re rustica libros, Vibii Sequestris lib. de nominibus fluminum etc., compendium de provinciis et metropolibus, Censorini de die natali lib., exc. ex libris musicae Augustini, de pedibus et eorum nominibus, anonym. carmen de ventis, F. Petrarchae versus de ventis, anonym. de praesagiis, Senecae de caelo, Saphos poetissae epist. amatoriam, Pomponii Melae de situ orbis lib., Flori epitomen, Diomedis gramm. libros tres, Vitam P. Vergilii Maronis, Macrobii comm. super Somnium Scipionis, Consulti in arte rhetorica libros tres, anonym. tractatum de officio oratoris, dialecticam Augustini, versus de ventis, pro consecratione Eccl. Flor. hymnum, pro innocentibus hymnum. ff. 92–94ᵛ (binis columnis, lineis plenis 41/44): inscriptio *L. ANNEI SENECE DE CAELO SEV LVCTVS DE MORTE CLAVDII*, subscriptio *explicit.* paragraphorum signa ante versus (praeter anapaestos) et passim in soluta oratione invenimus. Graeca verba omissa sunt spatio vacuo relicto (in mg. aliquando scriptum est *graecum*).

Laurentianus Faesulanus 180, membr., saec. XV ex.

ff. 370–373 (singulis columnis, lineis plenis 39): inscriptio *incipit liber eiusdem DE CELO SEV DE MORTE CLAVDII*, subscriptio *EXP(L)ICIT LIBER SENECE DE LVCTV MORTIS CLAVDII.* codex descriptus e Laur. Aed. 168 (cf. Eden 1979, 159–160) continet Senecae opera, Senecae rhetoris declamationes, Ps. Senecae epist. ad Paulum, de remed. fort., de paupertate, de quattuor virtutibus, proverbia, de septem lib. art., Senecae tragoedias.

Marcianus lat. 267 (Biblioteca Nazionale Marciana, Venezia), membr., saec. XIV.

Continet Ps. Senecae opera, Senecae de prov., de tranq. animi, ep. 88 ad Luc., de brev. vitae, de consolatione ad Polybium, de clementia, Publilii Syri sententias, opuscula varia Medii Aevi (e.g. Martini Bracarensis de formula honestae vitae), miracula et vitas sanctorum, chronica. ff. 28ᵛ–33 (binis columnis, lineis plenis 34): inscriptio *Seneca de satyra luciy de claudio cesare*, subscriptio deest. paragraphorum signa ante singulos hexametros et iambos invenimus; anapaesti velut soluta oratio scripti sunt; Graeca verba, Latinis litteris cum Graecis permixtis, intelligi non possunt. codex valde corruptus.

Parisinus n. a. lat. 1303 (Bibliothèque Nationale, Paris), chart., a. D. 1435 (corr. 1325) in Italia scriptus.

Continet Hieronymi de Seneca, Ps. Senecae epist. ad Paulum, epitaphium Senecae, Senecae epist. ad Lucilium. ff. 9ᵛ–15ᵛ (singulis columnis, lineis plenis 32): inscriptio *Lutij annei Senece satira de claudio Cesare*, subscriptio *Deo gratias*. paragraphorum signa ante hexametros, iambos et passim anapaestos, nec non frequenter in soluta oratione invenimus. Graeca verba vel omissa sunt et scriptum est *graecum* vel, Latinis litteris cum Graecis permixtis, intelligi non possunt. de ratione quae intercedat inter codd. Paris. n. a. lat. 1303, Crac. 722, Vat. lat. 2201 v. supra cod. Crac. 722.

Plagensis Cpl (454b) 57 (Stiftsbibliothek, Schlägl), chart., saec. XV in.

Continet Ps. Senecae epist. ad Paulum, satiram de Claudio, Senecae epist. ad Lucilium, S. Bernardi epist. ad Raimundum militem. ff. 8–12ᵛ (singulis columnis, lineis plenis 33/36): inscriptio deest, subscriptio *laus deo*. codex descriptus e Paris. n. a. lat. 1303. litteras maximas, paragraphorum signa et alias notas iisdem locis invenimus ac in codice Parisino, praeterea Graeca verba iisdem locis eodemque modo sunt corrupta. errores coniunctivi hi sunt praecipui:

1, 1 *aut regem* om.; 1, 3 *et* ante *divum* om.; 2, 2 *possum*] *possumus*; 3, 3 *volebam* om.; 3, 4 *uno* ante *anno* om.; 4, 1 v. 16 *et laetus*] *Ellectus*; 4, 2 *faveret*] *favetur*; 9, 1 *morantibus sententiam*] *moram tibi sciam*; 9, 2 *postmeridianus*] *postmeridie*; 9, 2 *persequi*] *prosequi*; 9, 6 *tu si quid*] *si quid tu*; 10, 2 *Messalae*] *Cresalem*; 10, 2 *disertissimi*] *discretissimi*; 12, 1 *sacram*] *satiram*; 12, 3 v. 28 *venale*] *velane*.

In codice Plagensi verba transposita invenimus his locis: 3, 1 *torqueri pateris miserum*; 9, 6 *modo illuc modo huc*; 10, 1 *negotium meum*; 10, 2 *terraque mari*. breviter postremo dicam de erroribus qui codicem Plagensem e Parisino descriptum manifeste ostendunt: 9, 3 *ferulis*] *ferilis* Paris., *felilis* Plag.; 12, 1 *deum efferri*] *dēm offerri* Paris., *dictum offerri* Plag. praeterea codex Plagensis omittit titulum satirae.

Valentianus 2150 (Biblioteca Universitaria, Valencia), membr., saec. XV ex. in Italia scriptus.

Continet Senecae dialogos, consolationes, nat. quaestiones, tragoedias, Ps. Senecae de rem. fort., de virtutibus, de moribus, proverbia. ff. 328–335 (singulis columnis, lineis plenis 35): inscriptio *INCIPIT LIBER EIVSDEM DE CELO SIVE DE MORTE CLAVDII*, subscriptio *EXPLICIT LIBER SENECE DE LVCTV MORTIS CLAVDII*. descriptus e codice Laurentiano Faesulano 180: inter verba *quasi* et *homo* (5, 4) spatium vacuum unius lineae invenitur in cod. Valentiano, sed nota: in codice Laurentiano Faes. *quasi* explicit f. 370ᵛ, *homo* incipit f. 371ʳ lin. 2. praeterea eodem spatio vacuo relicto Graeca verba sunt omissa; idemque titulus eademque subscriptio litteris maximis

sunt exscripti; eademque est subscriptio quae antecedit satiram Senecae: *EXPLICIT SENECE CONSOLATIO AD POLLIONEM.*

Errores coniunctivi hi sunt praecipui: 7,2 vv. 8–10 *Inachiam – obverso* om.; 9,2 *is designatus erat* om.; 9,6 *ferrum suum* om.; 11,4 *hoc* ante *censeo* om. breviter dicam de erroribus qui codicem Valentianum 2150 descriptum ostendunt e Laurentiano Faesulano 180 (e Laurentiano Aed. 168 descripto): 2,2 *erat*] *earat* Aed. Faes., *curat* Val.; 7,2 v.5 *eduxit* Aed., *.e.* (in fine lineae) *duxit* Faes., *duxit* Val.; 7,2 v.11 *rodanus* Aed., *rod-* vix legitur in Faes., *nolanus* Val.; 11,3 *nunc deum* Aed., *ne deum* Faes., *ne dicam* Val.; 12,2 *graciles* Aed., *gratiles* Faes., *gentiles* Val. in fine libelli (14,5 v. 2) versus *utraque – fundo* bis in Faesulano descriptus, semel in ordine in Valentiano legitur.

Vaticanus latinus 2201 (Biblioteca Apostolica Vaticana, Città del Vaticano), membr., saec. XIV.

Continet Senecae epist. ad Lucilium, excerptum Hieronymi de Seneca, Ps. Sen. epist. ad Paulum, epitaphium Senecae. ff. 111–113ᵛ (binis columnis, lineis plenis 47): inscriptio *Lutij Annei senece satira de claudio cesare incipit*, subscriptio deest. anapaesti velut soluta oratio scripti sunt; Graeca verba iisdem locis eodemque modo ac in cod. Paris. n.a. lat. 1303 sunt corrupta; in c. 8 fin. Graecis verbis omissis legitur *graecum.* de ratione quae intercedat inter codd. Vat. lat. 2201, Paris. n.a. lat. 1303, Crac. 722 v. supra cod. Crac. 722.

Vaticanus latinus 2212, membr., saec. XIV in Germania (?) scriptus (Eden ed. 24).

Continet Senecae opera omnia, Ps. Senecae epist. ad Paulum, proverbia, de moribus, de rem., de virt., de paupert., de copia verb., Senecae rhetoris declamationes. ff. 284ᵛ–287ᵛ (binis columnis, lineis plenis 52): inscriptio recentior *De ludis Senecae*, subscriptio deest. sequuntur undecim versus (Anth. lat. I 2 n. 660 *Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris*; cf. cod. Valent. 411). paragraphorum signa ante versus et in soluta oratione frequenter invenimus. Graeca verba sunt corrupta; in c. 8 fin. omissis Graecis verbis legitur *graecum.* versus velut soluta oratio scripti sunt.

Vaticanus latinus 2216, membr., saec. XIV in Gallia scriptus (Eden ed. 23; Reynolds 362).

Continet Senecae epist. ad Lucilium, Ps. Senecae de virt., epist. ad Paulum, de rem. fort., Senecae de beneficiis, de clementia, Senecae rhetoris declamationes, nat. quaestiones, Ciceronis de amicitia, Tusc. disp. (l. V), de senectute, Paradoxa. ff. 118ᵛ–121ᵛ (binis columnis, lineis plenis 39): inscriptio recentior *Satyra de Claudio Caes(are)*, subscriptio deest. anapaesti velut soluta oratio scripti sunt. Graeca verba valde sunt corrupta.

Omnes codices familiae **s** has praecipuas lectiones cum codice Sangallensi habent communes:

7,2 v.13 *vadis* (*undis* **Ll**); 9,4 *numariolus/numm-* (*numulariolus/numm-* **VLl**); 10,1 *ego inquit* (om. **VLl**); 10,2 *pudet* (*precidet* **V**, *precidit* **Ll**); 10,3 *soror* **s**, *sor* **S** (*for/phor* **VLl**); 12,1 *tubicinum* (*tibicinum* **VLl**); 12,3 v.3 *homo* (*iano* **VLl**); 13,6 *omnium amicorum* (*amicorum omnium* **VLl**); 14,2 *et illum* (*et* om. **VLl**); 14,4 *spem/spes sine effectu*

(*spes sine fine effectus* **VLl**); 15,2 *coepit et producere* **s**, *coepit producere* **S** (*coepit. producit* **VLl**).

Codicum familiae **s** errores, verba omissa, addita et immutata (contra **S**) infra enumerare decrevi:

1,1 *novo*] *nono*; *noluero*] *voluero*; 1,2 *quaerito*] *querite* (+ **VLl**); 1,3 *etiam si*] *et si*; *tum*] *cum* (vel *tamen*); *certa*] *certa et* (vel *certe*); 2,2 *intellegi*] *intelligi* (+ **Ll**); 2,4 v.3 *flexam*] *fessam* vel *fexam*; 3,1 *esset*] *fuerat* (vel *est*); *nec unquam tam diu cruciatus esset*] *numquam* (*numquid* vel *quid unquam*) *meritum ut tam diu cruciaretur*; 3,2 *sexagesimus*] *primus*; *nemo novit*] *bene novit* (plerique); 3,4 *iubebo*] *iubeo* (plerique); 4,1 v.5 *subtemina*] *subtegmine*; *vellere*] *vellera*; 4,1 v.20 *demite*] *domite* vel *dimitte* vel *dimittere*; 4,1 v.22 *decore*] *calore* vel *colore*; 4,1 v.26 *astris*] *albis*; 4,2 *donat*] *donavit*; *ex eo*] *ex hoc*; 5,1 *impresserit*] *impressit*; *acta sint*] *acta sunt* (+ **VLl**); 5,2 *respondisse se*] *respondisse illum*; 5,3 *implicatam*] *implicitam*; 6,1 *minime vafro* (*fabro* **SV**)] *minimo discrimine fabulam* (*minimo discrimine fabros* **Ll**); *germanus*] *germanicus*; 7,2 v.1 *cluas*] *duas* vel *dicas* vel *fluas* etc. (+ **l**); 7,2 v.4 *profatu*] *profane*; 7,3 *posse*] *valere*; 7,4 *si qui*] *si quis* (+ **Ll**); 7,5 *contulerim*] *pertulerim*; *cum causidicos*] *dum causidicos*; 8,1 *clausi*] *clausum* (*clusi* **VLl**); 8,2 *oro p qd* **SL**, *oro propter quid* **s** (*oro per quod* **Vl**); 8,3 *hunc*] eum vel *cum* (*nunc* **SVLl**); 9,1 *mapalia fecistis*] *turbastis*; 9,2 *refero*] *pono* (*fero* **VLl**); *ponam*] *referam*; 9,3 *famam mimum* **S**, *fama nimium* **s** (+ **VLl**); *larvis et*] *larvis ex*; 9,5 *nec minus*] *et non minus*; *sitque e re p.*] *intersitque rei p.*; *metamorphosis*] *metamorphosim* (*-in*); 10,2 *ornavi*] *ordinavi*; 10,3 *adsidit*] *frustrum abscidit* vel *abscindit* (*excidit* **V**, *excidit* vel *exsidit* **Ll**); *soror* **s**, *sor* **S** (*for* vel *phor* **VLl**); 10,4 *Iulias*] *avias suas*; *si aequos futurus es*] *si hic apud nos facturus est*; 11,1 *istuc*] *istud* (+ **VLl**); 11,2 *tamen*] *tantum*; 11,4 *clarius*] *durius* vel *durus* (*darus* **V**, *durus* **L**, *dure* vel *divus* **l**); 11,5 *vacationem*] *advocationem* (*voc-* **VLl**); 12,2 *conferentes*] *conquerentes*; 12,3 v.6 *vincere cursu*] *parthos vincere cursu* (vel *cursu vincere*); v.8 *Parthos*] *dacos*; v.20 *discere*] *dicere*; 13,1 *possit*] *posset*; *tectam*] *rectam* (+ **l**); 13,2 *balineo*] *balneo* (+ **VLl**); *homines*] *omnes*; *celerius*] *celera*; 13,3 *centiceps*] *centipes*; *perturbatur subalbam*] *superturbatur* (vel *-tus*) *albam* (*sub-* **VL**, *super-* vel *sub-* **l**); *assueverat*] *solebat*; 13,4 *Trallus*] *Aulus*; *pantomimus*] *patronius* vel *patronus*; *decoris causa*] *hac de causa*; 13,5 *facto*] *dicto*; 14,1 *recipiat*] *recipit atque*; 14,2 *condemnat*] *condempnat* (+ **VLl**); 14,3 *oportere*] *oporteret* (+ **Ll**); 14,4 *pertuso*] *percusso* (+ **VLl**); 15,2 *esset*] *abesset* (+ **Ll**).

Verba omissa haec sunt in **s**:

1,1 *nec* ante *offensae*; 1,3 *quod viderit*; 3,2 *omnibus annis*; 3,4 *subito*; 4,2 *me* ante *non sine*; 4,3 *inter homines*; 5,2 *se* post *quaesisse*; *gentis*; 5,3 *terrarum*; 6,1 *omnes*; *facere* ante *oportebat*; 6,2 *iusserat – curabat*; 7,5 *auge* (in codd. pro *Augeae*); *quoniam – volo*; 8,2 *non* ante *tulisset*; 9,4 *velle* (in codd. pro *belle*); 9,5 *factus sit*; 10,4 *mihi* ante *gratiam*; 11,1 *fuit* ante *uxori*; *et* ante *suspendit*; 11,2 *et* ante *generum*; *illi* ante *reddidit*; 11,4 *esse* ante *credet*; 12,1 *num*; 12,3 *esse* post *mortuum*; 12,3 vv.3–5 *cecidit – orbe*; 13,2 *et* ante *inter*; 13,3 *vel* ante *ut*; 13,5 *et* ante *Pedo*; *et* ante *Lupus*; 14,1 *V* post *romanos*; 14,2 *Pompeius*; 14,3 *siumdiu* (in **S** pro *Sisyphum diu*) *laturam fecissent*; 15,2 *illum*.

Verba addita haec sunt in **s**:

1,1 *in* ante *initio*; 5,2 *illum* ante *caput*; 5,4 *autem* ante *intuenti*; 6,1 *crede* vel *credo* ante *quod tibi narro*; *et* post *debes* (+ **VLl**); 7,1 *dic* post *verum*; 8, 2 *et* ante *saturnalia eius* (in codd. pro *Saturnalicius*); 10,1 *adeo* ante *semper*; 11,4 *me* ante *gessi*; 11,5 *et* ante *socerum*; *et* ante *Scriboniam*; 12,2 *et* ante *hilares*; 12,3 *et* ante *intellexit*; 13,2 *via* post *compendiaria* (+ **Ll**); 14, 4 *poenae* post *missionem*; *aliquid* ante *simile*; 15, 2 *et* post *coepit*; *et* ante *colaphis*.

Verba immutata haec sunt in **s**:

1,1 *felicissimi saeculi*; *me scio*; 1,2 *non aequis passibus*; 2,2 *tibi certam* (+ **L** et plerique codd. fam. **l**); 3,1 *agere animam*; 3,3 *illi adicere* (+ aliquot codd. fam. **l**); 3,4 *enim oportet*; *tot milia modo hominum se* (vel *hominum modo*, vel *se* om., vel *modo* om.); *interim his*; 4,1 v.30 *adest Caesar*; 5,1 *quae sint* (vel *sunt*) *postea acta*; *publicum gaudium*; 5,4 *illic esse* (+ aliquot codd. fam. **l**); *significans se esse Caesarem*; 6,1 *ego dico tibi*; *a Vienna natus est*; *huic* (vel *ad hunc* vel *hunc*) *ergo redeo* (vel *reddo*) *tibi* (pro *hunc ego tibi recipio*); 7,1 *ne alogias tibi*; 7,2 v.5 *quae gens quae patria*; 7,3 *non est* (vel *esse*) *suae*; *parem sibi Romae* (*sibi Romae parem* **VLl**); *se habere idem* (vel *idcirco*); *sterquilinio suo*; 7,5 *licet valde fortis tibi*; *ego plus*; 8,1 *qualem istum deum* (vel *dominum*); 9,1 *honorem dari*; 9,3 *fiat deus*; 10,2 *viri disertissimi*; 10,3 *hic qui vobis p.c.*; 10,4 *fame ... ferro*; 11,5 *dies triginta*; 11,6 *obtorto collo*; 12,3 v.1 *fundite planctus edite fletus*; 13,1 *Claudius laudibus suis*; 13,3 *Cerberus iacebat*; *canem* (vel *carnem*) *vidit*; *in tenebris tibi*; 13,5 *quos omnes Claudius*; 13,6 *vos huc venistis* (+ **VLl**); *alius nos huc misit* (vel *alius nos huc nos misit*); *hic tibi*; 14, 2 *parte altera tantum audita*; 14, 3 *rei novitate*; 14, 4 *excogitari ... constituendum*; *tesseras semper*; 15, 2 *flagris ab eo ferulis et colaphis*; *liberto suo Menandro*.

Omnes codices familiae **s** tamen singulares lectiones vel errores praebent codicis **L** (et fam. **l**), interdum codicum **VL**; quare dubitare non possum quin **s** (vel potius exemplar e quo **s** descendit) familia – ut dici solet – contaminata aestimanda sit:

(a) omnes codices haec in commune cum **(V)Ll** habent: 6,1 *minimo discrimine* (*fabulam* **s**, *fabros* **Ll**) contra *minime* (*fabro* pro *vafro* **SV**, *febris fabre* Dublin. E.5.20); 9,1 *tandem* (**Ll**) contra *tantum* (**SV**); 9,3 *fama nimium* (**VLl**) contra *famam mimum* (**S**); 13,2 *compendiaria via* (**Ll**) contra *compendiaria* (**SV**); 13,3 *superturbatur* vel *-tus albam* (*sub-* **VL**, *super-* vel *sub-* **l**) contra *perturbatur subalbam* (**S**); 14,2 *condempnat* (**VLl**) contra *condemnat* (**S**); 14,4 *percusso* (**VLl**) contra *pertuso* (**S**); 15,2 *abesset* (**Ll**) contra *esset* (**SV**).

(b) codices Antonianus Pat. I.9 et Vaticanus lat. 2212 praeter lectiones supra citatas has insuper habent in commune cum **Ll**: 1,3 *certe clara*; 3,2 *huic invides et respondit* Ant. Pat. et Vat.; 10,2 *a me ad messalae* Vat.; 12,3 *fingite mugitus* post *planctus* add. Vat. titulum autem recentiorem – ut supra diximus – ambo exhibent: *Senecae liber de morte Claudii Caesaris* Ant., *De ludis* Vat.

(c) codex Dublin. E.5.20 e cod. Sangallensi descendit, a codd. tamen fam. **s** seiunctus videtur cum praebeat lectiones (a) et (b) et 11,4 *presencia* (*psentia* vel *psencia* **Ll**, *praesen*[tia] **V**, *pro sententia* **Ss**) sed nulla menda fam. **s**. praeterea (*α*) titulus ab omnibus aliis discrepat (*De morte Claudii Caesaris et iudicio penaque post mortem*); (*β*) Senecae libellus inter excerpta varia et opuscula Medii Aevi traditur.

Breviter de **s**:

codices descripti: Crac. 534 e Crac. 722; Laur. Faes. 180 e Laur. Aed. 168; Plag. Cpl (454b) 57 e Paris. n. a. lat. 1303; Valent. 2150 e Laur. Faes. 180.

codices inter se coniuncti: Crac. 722, Paris. n. a. lat. 1303, Vat. lat. 2201.

Graeca verba omittunt codices: Dublin. E. 5. 20, Laur. Aed. 168 (Laur. Faes. 180, Valent. 2150).

Codices familiae **l** hi sunt:

Balliolensis 130 (Balliol College, Oxford), membr., saec. XV (ca. a. 1442/1444) in Germania scriptus *per manum Henrici Horn de duysseldorff* (cf. P. T. Eden, William Gray, Bishof of Ely, and three Oxford Manuscripts of Seneca, Cl & M 21, 1960, 38–39).

Continet Senecae rhetoris et Senecae philosophi opera. ff. 75ᵛ–83ᵛ (binis columnis, lineis plenis 40): inscriptio *Incipit ludicra Senece de morte claudij*, subscriptio *Expliciunt ludicra Senece de morte claudij*. librarius codicis Ball. 130 (cf. cod. Ball. 136 et cod. Bodl. 292) longas glosas inseruit post verba *convictoribus* (3, 4), *tragicus fit et ait* (7, 1), *quae ab illo dicta sunt* (9, 2), *manus manum lavat* (9, 6), *saturnalia erunt* (12, 2), *iniquum magis videbatur quam novum* (14, 3), *abesset* (15, 2) (cf. R. E. Clairmont, A Commentary on Seneca's Apocolocyntosis Divi Claudii, Chicago 1980). versus velut soluta oratio exscripti sunt, sed adnotationem *versus* librarius passim posuit. Graeca verba omissa sunt nullo spatio relicto.

Balliolensis 136, chart., saec. XV (post a. 1446) in Italia scriptus.

Continet scripta varia auctorum saec. XV (Guarini, Poggii inter alia; cf. Eden 1960, 40–41). ff. 87–93ᵛ (binis columnis, lineis plenis 49): inscriptio deest, subscriptio *Expliciunt Ludrica Senece de Morte Claudij*. de glosis insertis v. cod. Ball. 130. versus velut soluta oratio scripti sunt (*V* legitur in mg.). Graeca verba omissa sunt nullo spatio relicto. codex Ball. 136 quandam cum codice Ball. 130 adfinitatem exhibet.

Baltimorensis Garrett 114 (Princeton University Library, Princeton N. J.), membr., saec. XIII in. in Anglia scriptus (in monasterio Waltham, cf. Eden 1960, 41; Reynolds 361–362).

Continet Cassiodori Varias (1–4, 39; 8–10, 3), Senecae epitom. de beneficiis, Ps. Sen. de rem. fort., Senecae epist. ad Lucilium 89–124, excerpta de epist. ad Lucilium, exc. de rem. fort., prol. lib. 7 de beneficiis, exc. de epist. ad Lucilium, versus figurarum logices, Solini collectanea rer. memorab. 1–1, 46[1]). ff. 99–102ᵛ (singulis columnis, lineis plenis 34): inscriptio *Incipit* (*liber qui dicitur* s. l.) *ludus senece de morte claudii cesaris*, subscriptio deest. versus velut soluta oratio scripti sunt. Graeca verba satis leguntur. codex Balt. cognationem quandam exhibet cum codd. Exon. 3549 (B), Paris. lat. 6630, Vat. lat. 4498 (in mg.): e.g. omissa sunt verba *dum tales deos – credet* (11, 4).

---

1) Gratias ago curatori manuscriptorum Bibliothecae Universitatis Princeton, J. F. Preston, cui ampliorem codicis descriptionem debeo a S. Wheeler confectam.

Codex contaminatus cum s. cf. enim e.g. 1,3 *certa et clara*; 3,1 *numquam meritum ut tam diu*; 5,3 *implicitam*; 6,1 *minimo discrimine fabulam*; 6,1 *germanicus*; 7,5 om. *auge.*

Bodleianus 292 (olim NE F. 8. 6 et Jur M. 5. 8) (Bodleian Library, Oxford), membr., saec. XV (post a. 1454), codex miscellaneus, tres partes complectitur.

Pars II, in Gallia septentr. vel in Anglia exscripta, continet Ps. Senecae epistulas ad Paulum, excerptum Hieronymi de viris illustribus, epitaphium Senecae cum commentario anonymo (N. Treveto tributo). ff. 156ᵛ–160ᵛ (binis columnis, lineis plenis 60): inscriptio *Incipiunt ludicra de morte Claudij Annei Senece*, subscriptio *Expliciunt ludicra Senece de morte Claudij.* de glosis insertis v. cod. Ball. 130. descriptus e codice Ball. 130 (cf. Eden *1960*, 31–34). vide etiam Ruth J. Dean, Ms. Bod. 292 and the Canon of Nicholas Trevet's Works, Speculum 17, 1942, 243–249.

Cortonensis 81 (Biblioteca del Comune e della Accademia Etrusca, Cortona), membr., saec. XIV.

Continet Senecae de clementia, de beneficiis, dialogos, consolationes, epistulas, Ps. Senecae proverbia, sententias morales et alia. ff. 24–26ᵛ (binis columnis, lineis plenis 46): inscriptio *Incipiunt ludi senece de obitu claudij neronis*, subscriptio *Explicit ludus senece de morte claudij cesaris.* paragraphorum signa ante versus et in soluta oratione passim invenimus. anapaesti trimetris scripti sunt. Graeca verba, Latinis litteris cum Graecis permixtis, intelligi non possunt.

Exoniensis 3549 (B) (Cathedral Library, Exeter), membr., saec. XIII med. in Anglia scriptus.

Continet opera Isidori, Fulgentii, excerptum Hieronymi de Seneca, Senecae epistulas, de clementia, excerpta de beneficiis, de quaest. natur., de tragoediis, Ps. Senecae epistulas ad Paulum, Octaviam (cf. C. J. Herington, A thirteenth-century manuscript of the Octavia praetexta in Exeter, RhMus 101, 1958, 353–377; Reynolds 362. 379–380). ff. 257–259 (binis columnis, lineis plenis 52): inscriptio *Incipit ludus senece de morte claudij cesaris*, subscriptio deest. anapaesti velut soluta oratio scripti sunt; Graeca verba satis leguntur. quae ratio intercedat inter codd. Exon. 3549 (B), Balt. 114, Paris. lat. 6630, Vat. lat. 4498 alibi disputavi: cf. cod. Balt. 114.

Guelferbytanus Extravag. 299 (Herzog-August-Bibliothek, Wolfenbüttel), membr., saec. XV.

Continet Petronii Satyricon, Aristotelis Oecon. in latinum conversum a Leonardo Aretino, Heliogabali orationem ad meretrices (ab eodem Aretino compositam). ff. 2–16ᵛ (singulis columnis, lineis plenis 17): inscriptio *Ludus Senece de morte Claudii Neronis foeliciter incipit*, subscriptio *Lucij Annei Senece Satira de claudio cesare Finit foeliciter.* senarios in duo cola divisit librarius. anapaesti trimetris exscripti sunt. Graeca verba omissa sunt spatio vacuo relicto.

Codex contaminatus cum fam. s. cf. enim e.g. 1,1 *felicissimi saeculi*; 1,2 *aequis passibus*; *aguntur*; 2,4 v. 3 *fessam*; 3,2 *illi adicere*; 4,2 *me* ante *non sine* om.; 5,2 *se* post *quaesisse* om.; 7,2 *vadis*; 13,3 *centipes*; *solebat*; 13,6 *alius nos huc misit.*

Leodiensis Wittert 109 (Bibliothèque de l'Université, Liège), chart., codex miscellaneus, duas partes complectitur.

Pars prior, saec. XV, continet Ciceronis paradoxa, Ps. Senecae epistulas ad Paulum et alia, excerpta de Senecae epistulis, Publilii Syri sententias, Alani invectivam ad ingratum amicum etc. ff. 33–41 (singulis columnis, lineis plenis 26): inscriptio *Incipit ludus Senece de morte claudij Caesaris*, subscriptio deest. anapaesti monometris exscripti sunt; litterae maximae, minio pingendae, ubique omissae; Graeca verba omissa sunt spatio vacuo relicto.

Malatestianus S. XX. 1 (Biblioteca Malatestiana, Cesena), membr., saec. XIV.

qui semper ingenio eius delectatus esset, unam e tribus Parcis seducit et ait:
'quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri pateris? nec um-
quam tam diu cruciatus ⟨c⟩esset? annus sexagesimus et quartus est, ex quo
35 cum anima luctatur. quid huic et rei publicae invides? patere mathematicos 2

24–25 philosophos ... horologia] *Petrarca De rem. utriusque fortunae praef. l. II* ‖ 26 ortus et occasus] *Quint. 1,4,4* ‖ 29 quatiebat habenas] *Sil. 17,541, Stat. Theb. 10,218* ‖ 30 obliquo ... tramite] *Sen. Thy. 845* ‖ 31 animam agere] *de moribundo cf. ThLL 1,1372, 72* | invenire exitum] *Sen. ben. 1,1,5, tranq. 2,8, Apul. mund. 18* ‖ 34–35 cruciatus ... luctatur] *Ov. Ib. 123, Verg. Aen. 4,694–695* ‖ 35–36 mathematicos ... verum dicere] *Apul. met. 8,24,3*

23 intelligi *vel* intellegi **sl** intelleges (*vel* -is) *Müller, prob. Gertz* intellegis *dub. Eden* | octuber **S** october *vel* octobris (octu-) **sl** | III **SV** I *spatio vacuo relicto* **L** III (tercio *vel* tercius) *vel* IIII (quarto *vel* quartus) *vel* VI (sextus) *vel* ut **sl** | idus **SV** eiusdem **Ll** idus *vel* ydus **s** ‖ 24 tibi certam dicere **Lsl** *plerique* | filossofos **S** ‖ 25–26 nimis rustice adquiescunt **SVLsl** nimis rustice. adquiescunt *codd. lectionem def. Waltz Rouse Zwierlein (coll. Cic. Att. 7,12,3)* n.r.! ⟨adeo his⟩ (*vel* ⟨adeo in his⟩ adquiescunt *vel* ad⟨eo in his⟩ quiescunt *Russo comm.*) adquiescunt *Russo Eden* n.r.! ⟨adeo his non⟩ (*vel* ⟨adeo in his non⟩) adquiescunt *Mariotti apud Russo*[4–6] *append. (coll. ThLL 1,611,55; adde infra 6,2* adeo ... nemo) n.r. ⟨adeo non⟩ adquiescunt *scripsi, alii alia, v. comm.* ‖ 26 conventi **S** ‖ 28 curru *vel* cursu *vel* carrui **sl** ‖ 29 noctis fessus **VLl** ‖ 30 fexam *vel* fessam **s** ‖ 31 ⟨cum⟩ Claudius *Neubur Maehly* | cladius (u *s.l.* **V**[3]) **V** | agere animam **s** | eximium (t *s.l.*) **S** | tum] Num **S** tunc **l** *nonnulli* ‖ 32 delectatus fuerat *vel* est delectatus (eius *om.*) **s** | e *vel* a *vel* de **sl** | educit **VLl** *Vat. 2212 Dubl. E. 5. 20* ‖ 33 nec *s.l.* **S** ‖ 33–34 nec unquam tam diu cruciatus esset **SVLl** nunquam (*vel* numquid *vel* quid unquam) meritum ut tam diu cruciaretur **s** nec unquam tandem (tam dirus *Orelli*) cruciatus cesset *Iunius* nec unquam (nequiquam *Prato*) tam diu cruciatus cesset *plerique edd.* n.u.t.d. cruciandus esset *Ruhkopf* ne u.t.d. cruciatus esset *Schusler* nec u.t.d. cruciatus exiet *Haase* (quiescet *Birt*, exeat *Bruun*) nemo enim unquam tam diu cruciatus exiit *Kurfess*[2] ‖ 34 primus et quartus **s** | et *om.* **l** *nonnulli, del. Bücheler* | est *om.* **s** *nonnulli* ‖ 35 et rei p̃ invides **Ss** et respondit invides **V** invides et respondit **Ll** *Ant. I 9 Vat. 2212*

aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. et tamen non est mirum si errant et horam eius nemo novit: nemo enim umquam illum natum putavit. fac quod faciendum est:

dede neci, melior vacua sine regnet in aula.' 40

3 sed Clotho 'ego mehercules' inquit 'pusillum temporis adicere illi volebam, dum hos pauculos qui supersunt civitate donaret – constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos videre –, sed quoniam placet 4 aliquos peregrinos in semen relinqui et tu ita iubes fieri, fiat.' aperit tum capsulam et tres fusos profert: unus erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. 45 'hos' inquit 'tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos mori iubebo, nec illum incomitatum dimittam. non oportet enim eum, qui modo se tot milia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. contentus erit his interim convictoribus.'

4 Haec ait et turpi convolvens stamina fuso 50
abrupit stolidae regalia tempora vitae.
at Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
5 candida de niveo subtemina vellere sumit

40 *Verg. georg. 4,90*

38 nemo ... natum putavit] *Petron. 58,10, Mart. 8,64,18; 10,27,4, prov. Otto 1195* || 40 dede ... aula] *Sen. Herc. f. 1175, clem. 19,2, cf. Plat. rep. 564b, Arr. Epict. diss. 3,22,99, Prov. sent. lat. medii aevi n. 15790, v. comm.* || 45 Augurini ... Claudii] *Plaut. As. 693–695, Petron. 60,8* || 47 incomitatum] *Apul. met. 8,1,3* || 49 convictoribus] *de collegiis funerariis v. CIL II 5500, III 1825, XI 5383, cf. Tac. ann. 11,32,3* || 54 *Ov. trist. 4,1,64*

36 omnibus annis *om.* **s** || 37 mensis **V** || 38 nemo[1]] nemo *vel* bene **s** | tum ille *ante* fac (Mercurius *s. l.* L) *add.* **Ll** *Vat. 2212* || 40 vacua melior **s** || 41 Seddotho **V** clotho *in mg.* **V**[3] | me hercules **S** me erculus **V** *corr. s. l.* **V**[3] me hercules *vel* me hercule **s** me hercule **Ll** | inquid **S** | illi adicere **s** (**l** *nonnulli*) || 42 supersunt] semper *s. l.* **V**[3] || 44 fiant **s** | tunc **Lsl** | capsulam *vel* cassulam **s** || 45 tris **L** tris *vel* tres **l** | Babae *Muretus et Faber* (*coll. Sen. epist. 15,9*) bade (-ae **V**) **SVs** Bade **L** Badae (bade) *vel* Bedae *vel* bodae *et alia corrupta* **l** || 46 inquid **S** | tres (i s. l.) **V** tris *vel* tres **l** | iubeo **s** iubeo *vel* iubebo **l** || 47 ne illum *Neubur Wehle* | non (*vel* nunc) enim oportet **s** || 47–48 tot milia modo hominum se sequentia **s** se *vel* modo *om.* **s** *nonnulli* || 48 circumfuso **S** | subito *om.* **s** *plerique* || 49 distitui **V** | interim his **s** || 50 stamine **S** || 51 Abrumpit (adr-) **s** || 52 At **SVs** Et **L** Et (*vel* Ac *vel* At) **l** | comes **S** || 53 *a v. 4 hexametros agnovit* **V** || 54 subtemine (a s. l.) **S** subtegmitra **L** subte(g)mine **s** subte(g)mina (*vel* -e) **l** | vellera **s**

55 felici moderanda manu, quae ducta colorem
assumpsere novum. mirantur pensa sorores:
mutatur vilis pretioso lana metallo,
aurea formoso descendunt saecula filo.
10 nec modus est illis: felicia vellera ducunt
60 et gaudent implere manus: sunt dulcia pensa.
sponte sua festinat opus nulloque labore
mollia contorto descendunt stamina fuso.
vincunt Tithoni, vincunt et Nestoris annos.
15 Phoebus adest cantuque iuvat gaudetque futuris
65 et laetus nunc plectra movet, nunc pensa ministrat:
detinet intentas cantu fallitque laborem.
dumque nimis citharam fraternaque carmina laudant,
plus solito nevere manus humanaque fata
20 laudatum transcendit opus. 'ne demite, Parcae'
70 Phoebus ait 'vincat mortalis tempora vitae
ille mihi similis vultu similisque decore
nec cantu nec voce minor. felicia lassis
saecula praestabit legumque silentia rumpet.
25 qualis discutiens fugientia Lucifer astra
75 aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris,
qualis, cum primum tenebris Aurora solutis
induxit rubicunda diem, Sol aspicit orbem
lucidus et primos a carcere concitat axes:
30 talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem
80 aspiciet. flagrat nitidus fulgore remisso
vultus et adfuso cervix formosa capillo.'

56 pensa sorores] *Sen. Herc. f. 181* || **57** *Calp. ecl. 4,140* || **58** *Verg. Aen. 6,792, Calp. ecl. 1,42; 4,6–7* || **63** *Prop. 2,25,10, Priap. 57,4; 76,4, prov. Otto 1223. 1789* || **64–65** *Hor. carm. 2,13,26–27* || **66** *Hor. carm. 2,13,38, sat. 2,2,12, Ov. met. 6,60, trist. 4,1,14, cf. ThLL 6,188,9 et 21* || **72** felicia lassis] *Sen. Polyb. 16,6, Plin. Pan. 8,3, Coripp. Iust. 1,80* || **73** legum … rumpet] *Calp. ecl. 1,70–72, Sen. clem. 1,1,4, Lucan. 5,31* || **74. 77** *Guil. Malmesb. Gesta Reg. Angl. 3,269* || **76–77** *Verg. Georg. 4,552* || **79–80** *Calp. ecl. 4,143, Lucan. 1,48–50* || **80** fulgore remisso] *Sen. Polyb. 12,3* || **80–81** flagrat … vultus] *Stat. Theb. 10,605*

58 formosa **V** | descendant **s** *plerique* || **59** dicunt **V1** *plerique* || **60** manus *vel* manum **s** || **62** contorto *vel* cum torto **s** *plerique* **l**   cum croc(h)o **s** *nonnulli* || **63** thitoni (thy-) *vel* titoni (ty-) *vel* chiconi **sl** || **65** et laetus] Filaetus **V** || **66** intentus **SV** | cantus *Gertz* || **68** ne vera **V** || **69** laudantum *Maehly Birt* | domite *vel* dimitte *vel* dimittere **s** || **71** decore] colore **s** || **72** lassis *vel* lapsis **sl** || **75** astris] albis **s** || **77** aspicit *vel* aspice *vel* aspiciet **s** || **79** adest Caesar **s** || **80** fragrat **V**   flagrat **V**[2]   flagrat *vel* fragrat **s**

2 haec Apollo. at Lachesis, quae et ipsa homini formosissimo faveret, fecit illud plena manu et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes

χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. 85

et ille quidem animam ebulliit, et ex eo desiit vivere videri. expiravit autem 3 dum comoedos audit, ut scias me non sine causa illos timere. ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte qua facilius loquebatur: 'vae me, puto, concacavi me.' quod an fecerit, nescio: omnia certe concacavit. 90

5 Quae in terris postea sint acta supervacuum est referre. scitis enim optime, nec periculum est ne excidant quae memoriae gaudium publicum impresserit: nemo felicitatis suae obliviscitur. in caelo quae acta sint audite: fides pe-

85 *Eur. Cresph. 67 Austin (449 Nauck[2])*

83 plena manu] *Cic. Att. 2,25,1, Sen. contr. 4 praef. 2, Sen. epist. 33,6, Petron. 43,4; 64,12, prov. gr. ὅλῃ χειρί, prov. Otto 1050* | multos annos ... donat] *CIL VI 2086,17 (a. 213), Tert. apol. 35,7* || 86 animam ebulliit] *cf. ThLL 5,2,17 et 23* || 88–89 sonitum ... loquebatur] *Aristoph. Ran. 237–238, Artemid. 5,68, Zenob. paroem. 6,8 (Apostol. 17,31 τρυγόνος λαλίστερος)* || 89 vae me] *Suet. Vesp. 23,4* || 90 omnia ... concacavit] *Phaedr. 4,18,11* || 92 excidant ... memoriae] *Petron. 56,10* || 93–94 fides penes auctorem] *Sall. Iug. 17,7, Plin. nat. 17,93, Sen. nat. 4,3,1*

82 haec Apollo *del. Hartmann* | at *vel* ac *vel* sed *vel* et **sl** | fecid **S** | illud *vel* id *vel* illa **sl** illud *del. Heumann Neubur Bücheler*[1-3] *Russo*[2] *append.* filum *Wehle* iussu *Maehly* illico *Gertz* || 83 *immut. verb. notas ante et post* annos *posuit* **V**[2] annos multos *Guelf. 299* | donavit **s** | iubet *Hartmann* ⟨animam⟩ iubent *Heinze* || 84 omnes ⟨nos⟩ *Gertz* homines *Mommsen apud Bücheler*[3] *Hartmann* || 85 ΧΑΙΡΟΝ ΤΑΙϹ ЄΥΦΗΜΟ(Υ) ΝΤⲀΙϹЄ ΚΠЄΙΝΔΟϹѠЄѠ **S** ΧΑΙΡΟΝΤΑΥϹ ЄΥΦΗΜΟΥΝΤΑΥϹ ЄΚΠЄΙΝ ⲀΟϹѠЄѠ **V** ΧΑΙΡΟΝΤⲀ ΙϹ ЄΥ ΦΗΜΟΙΥΝ ΤⲀΙϹЄΚΤΙЄΙΝ ΔΟϹΟΘΟ **L** *χαίροντας εὐφημοῦντας ... δόμων versum Euripidis restituit Iunius* *χαίροντες εὐφημοῦντες Heumann Teuffel apud Bücheler*[3-6] *Birt Weinreich Ronconi Russo* || 86 ex *om.* **VLl** | ex hoc **s** || 87 me *om.* **s** || 88 inter homines *om.* **s** || 89 v(a)e *vel* ne *vel* ut *vel* heu **sl** | concavavi **SV** concacavi **L** concacavi *vel* concavavi *vel* concavi *et alia corrupta* **sl** | quod *vel* quid **sl** | an **S** autem **V** ante **L** an *vel* ante **s** ante *vel* autem **l** || 90 concavavit **SV** concacavit **L** concacavit *vel* concavavit *vel* concavit *et alia corrupta* **sl** || 91 quae sunt (*vel* sint) postea acta in terris referre supervacuum **s** || 92 memoriae quae *Paris. 8542 Bücheler Rouse* | publicum gaudium **s** | impressert̄ **S** impresserant **V** impresserunt **V**[3]**Ll**, *prob. Faber Ussing Eden* (quae memoriae ⟨per⟩ gaudium publicum impress⟨a⟩erunt *Eden in comm.*) impressit **s** *Rhenanus Haase Rossbach* impresserat *Iunius* impresserit *Bücheler Ball Waltz Russo* || 93 sint **S** sunt **VLls**

nes auctorem erit. nuntiatur Iovi venisse quendam bonae staturae, bene ca- 2
95 num; nescio quid illum minari, assidue enim caput movere; pedem dextrum
trahere. quaesisse se cuius nationis esset: respondisse nescio quid perturbato
sono et voce confusa; non intellegere se linguam eius: nec Graecum esse nec
Romanum nec ullius gentis notae. tum Iuppiter Herculem, qui totum orbem 3
terrarum pererraverat et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire et explo-
100 rare quorum hominum esset. tum Hercules primo aspectu sane perturbatus
est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit. ut vidit novi generis faciem,
insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis sed qualis esse marinis
beluis solet, raucam et implicatam, putavit sibi tertium decimum laborem
venisse. diligentius intuenti visus est quasi homo. accessit itaque et, quod 4
105 facillimum fuit Graeculo, ait:

'τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, ποίη πόλις ἠδὲ τοκῆες;'

106 *Hom. Od. 1,170 etc.*

94–95 bonae staturae ... caput movere] *Suet. Claud. 30* || 95–96 pedem ... trahere] *Suet. Claud. 21,6* || 96–97 perturbato ... confusa] *Suet. Claud. 30* || 97 non intellegere ... linguam] *Petron. 73,3* || 101 monstra timuerit] *Sen. Herc. f. 45. 454, Herc. O. 65–66. 269–270* || 103 tertium decimum laborem] *Sen. Herc. f. 1282, Lucian. fug. 23, Anth. gr. 16,92,13, Clem. Alex. protr. 2,24, Epigramm. gr. 350,5–6 Kaibel, Epiphan. Ancor. 103*

94 nunciatur **V** a ianitore (*vel* a divo Limentino) nuntiatur *Friedländer* nuntiat Hora *Gertz* nuntiat ⟨ianit⟩or *Wachsmuth* nuntiat Iris *dub. Weinreich* nuntiat Lar *Herrmann*[1] || 95 illuminari **S** illum mirari (*mg.* -mari **V**[2]) **VLl** | minari *vel* minitari **s** | assidue assidue **S** (*expl. f. 245, inc. f. 246*) *prob. Gertz* | illum *post* enim *add.* **s** | capud **V** || 96 se *om.* **s** | respondisse se **S** respondisse illum **s** respondisse [se] (*vel* respondisse sibi) *Gertz* || 97 intelligere **Lsl** | illum gr(a)ecum **s** || 98 gentis *om.* **s** | qui **Ss** quia **VLl** *prob. Neubur Haase* || 99 terrarum *om.* **s** | ire explorare **VLl** (ire *s. l.* **L**) *prob. Rossbach* || 100 tum *vel* tunc **sl** *del. Perutelli* *post* tum Hercules *sic scriptum fuisse posse putavit Gertz:* ⟨procedit ad caeli portas, ubi Claudius stabat. et⟩ | herculus (e *s. l.*) **V** | sane (*vel* sanus) aspectu **s** || 101 ut quid **V** | timuerit (*vel* timuerat *vel* timuit) **sl** domuerit *Faber* sustinuerit *Bücheler*[1], *v. comm.* || 103 beluis *vel* belluis (*vel om.*) **s** | implicitam (a *s. l.*) **S** implicitam **s** *prob. Birt* implicatam *vel* implicitam *vel* multiplicatam **l** || 104 venis⟨se⟩; se⟨d⟩ *Earle* | autem *post* diligentius *add.* **s** || 106 ΤΙCΠΟΘΗΝ ЄΙCΑΝ ΛΡΩΝ ΠΟΙ ΗΠΟΛΙC ΗΑЄ ΤΟΚΗЄC **S** ΤΙCΤΙΟΘЄΝΙCΑΝΟΡΩΝΤΙΩΝΤΙΟ ΙΝΤΙΟΑL-CΗΟЄΤΚΗЄC **V** ΤΙCΠΟ Θ ЄΝЄΙC ΑΝΑΝ ΩΝ ΤΙΩΝΤΙΟ ΙΝΤΙΟ ΑΛЄΗΟC ΤΙ ΚΗЄC **L** *versum Homeri restituit Rhenanus* *ποίη Gertz Russo Eden* *πόθι τοι codd. Homeri Rhenanus plerique edd.* *πόθι ἡ Rossbach*

Claudius gaudet esse illic philologos homines: sperat futurum aliquem Historiis suis locum. itaque et ipse Homerico versu Caesarem se esse significans ait:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν. 110

– erat autem sequens versus verior, aeque Homericus:

ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς. –

6 Et imposuerat Herculi minime vafro, nisi fuisset illic Febris, quae fano suo relicto sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. 'iste' inquit 'mera mendacia narrat. ego tibi dico, quae cum illo tot annis vixi: Luguduni natus est, marci municipem vides. quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem natus est a Vienna, Gallus germanus. itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. hunc ego tibi recipio Luguduni natum ubi Licinus multis annis regnavit. tu autem, qui plura loca calcasti quam ullus 115

110. 112 *Hom. Od. 9,39–40*

108 Homerico versu] *Suet. Claud. 42,1* || 111 sequens … verior] *Auson. griph. tern. num. (p. 150 Prete)* | aeque Homericus] *Sen. suas. 4,4–5* || 113 Herculi minime vafro] *Cic. nat. deor. 1,85 (de Epicuro)* | Febris] *Arr. Epict. diss. 1,19,6* || 115 mera mendacia] *Plaut. Pseud. 943, Mart. 2,56,3* || 117 Gallus germanus] *de verborum lusu carm. Vell. 2,67,4, Carm. epigr. 1355 praescr., cf. Cic. Phil. 11,14, Quint. inst. 8,3,29* || 119 Licinus … regnavit] *prov. Otto 950* | calcasti] *Sen. Herc. f. 535, Mela 2,36*

107 illic esse **s l** *nonnulli* | filologos **SV** || 108 significans se esse Caesarem **s** || 110 ΙΑΙΟΘΕΝΜΕ ΦΕΡΩΝΑΝΕ ΜΟϹΚΙΟΝΕϹ ϹΙΠΕ ΛΑϹϹΕΝ **S** ΙΝΟΘΕΝΥΙΕΦΕΡΟΝΑ ΝΕΜΟΟΚΙΟΝΕϹ ϹΙΤΙΕΜϹ ϹΕΝ **V** (*mg. manus rec. saec. XVI, fortasse H. Iunii, versus Homeri restituit*) Ι Λ ΙΟΘΕΗ ΜΕ ΦΕΡΟΝ ΑΝΕΜΟϹ ΚΙΟΝΕϹ ΟΤΙΕ ΜΕϹΕΝ **L** || 111 homericos **V** | aeque Homericus *susp. habuit Bücheler*[1] (*app. Büch.*[2–6]), *del. Gertz Marx Niedermann Axelson* || 112 ΕΝΘΑ ΔΕΤΩΠΟΛΙΝΕ ΠΡΑΘΟΝΩ ΛΕϹΔΑΥ ΤΟΥϹ **S** ΕΗΕΑ ΔΕΤΩΠΟΛΙΝΕΤΙΡΑΕΟΝΩΑΕϹΑΜΥΤΟΥϹ **V** ΕΝΕΑ ΑΕΤΩ ΝΟ ΑΙΗΕΤΙΡΑ Θ ΟΝΟΑΕϹ ΑΛΑΥ ΤΟΙϹ **L** || 113 minime fabro **SV** minimo discrimine fabros (*vel* febres **l**) **Ll** minimo discrimine fabulam **s** homini minime vafro *Iunius Neubur* nimio fabre *Gertz* | Febris] phebus **s** *nonnulli Paris. 6395* || 114 sola cum] solatum **SV** | omnes *om.* **s** | ceteros … reliquerat *glossema redolere sensit Birt, del. Herrmann* || 115 dico tibi **s** | annos **s** *nonnulli Paris. 6395* | Lugduni **VLsl** || 116 marci **SVL** marci *vel* marti *vel* martis **sl** Marci *plerique edd.* Munatii *Rhenanus Eden* Planci *Gronovius, v. comm.* | crede (*vel* credo) *ante* quod *add.* **s** | XVI *vel* primum **s** || 117 a Vienna natus est **s** | germanicus **s** *Balt. 411* | facere *om.* **s** || 118 caepit **V** | huic (*vel* hunc *vel* hinc) ego (*vel* ergo) reddo tibi **s** | lugduni **VLsl** || 119 licinius **SVL** licinius *vel* linthinius *et alia corrupta* **sl** licinus *Paris. 1936* Licinus *restituit Bücheler* | ullius **V** *Marc. 267*

120 mulio perpetuarius, [Lugudunenses] scire debes multa milia inter Xanthum et Rhodanum interesse.' excandescit hoc loco Claudius et quanto potest 2 murmure irascitur. quid diceret nemo intellegebat. ille autem Febrim duci iubebat illo gestu solutae manus, et ad hoc unum satis firmae, quo decollare homines solebat. iusserat illi collum praecidi: putares omnes illius esse liber-
125 tos, adeo illum nemo curabat.

Tum Hercules 'audi me' inquit, 'tu desine fatuari. venisti huc, ubi mures 7 ferrum rodunt. citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam.' et quo terribilior esset, tragicus fit et ait:

'exprome propere sede qua genitus cluas, 2
130 hoc ne peremptus stipite ad terram accidas:
haec clava reges saepe mactavit feros.
quid nunc profatu vocis incerto sonas?
5 quae patria, quae gens mobile eduxit caput?
edissere. equidem regna tergemini petens

123.124 decollare homines] *Arr. Epict. diss. 1,18,17; 19,6* ‖ **126–127** mures ferrum rodunt] *Aristot. mirab. ausc. 25 (832a), Theophr. fr. 174,8, Antig. hist. mir. 18, Herond. 3,76, prov. Otto 1168, v. comm.* ‖ **127** alogias] *Petron. 58,7, cf. Aug. epist. 36,11, epitaph. Sousse B 6 (inv. 57196 Foucher)* ‖ **128** tragicus fit] *Aristoph. Pax 136, Lucian. Iupp. trag. 5, Pisc. 39, Icar. 23* ‖ **129** exprome] *Sen. Ag. 419, Oed. 510* | exprome propere] *Liv. 2,12,12* ‖ **130** hoc ... stipite] *Sen. Herc. f. 1296, cf. 895–896* | ad terram accidas] *Plaut. Poen. 484, Rud. 8* ‖ **131** reges ... feros] *Sen. Herc. f. 431. 518* ‖ **133–134** *Sen. Ag. 965–966*

120 lugdunenses **VL** lugdunenses *vel* -is **sl** Lugudunensis *Gertz Birt* Lugudunenses ⟨Gallos esse⟩ *Maehly* Lugudunenses ⟨ubi sint⟩ *Helm* Lugudunenses scire debes: *Kurfess*[1] Lugudunenses *secl. Bücheler prob. Russo Eden* | debes et **VLs l** *plerique prob. Weinreich* | milia (a *supra* m) **V** ‖ **121** hrodanum **V** ‖ **122** quid dicebat **V** quod dicebat **Ll** quid⟨quid⟩ dicebat *Rossbach* | intelligebat **sl** | februm **L** febrim (-em) *vel* phebum **sl** ‖ **123** iuvebat **S** ‖ **123–124** iuvebat. Illo ... solebat. Iusserat *dist.* **S** iubebat. illo gestu ... solebat, iusserat *dist. Gertz Rossbach Bücheler*[3–6] *Russo*[2] *app. Eden, v. comm.* | unum] manu **S** manus *vel* minus *vel* numen **s** | quod **V** *Ball. 136* (*mg.* quo) ‖ **124** iusserat ... praecidi *glossam putabat Bücheler*[1] *app., secl. Herrmann* ‖ **124–125** iusserat ... curabat *om.* **s** ‖ **124** esse] adesse *Birt* ‖ **126** herculus (e *supra* u) **V** ‖ **127** dic *post* verum *add.* **s** | algias **L** *Ball. 130 Ball. 136* | alogias tibi **s** ‖ **128** sic et ait (*vel* et *om.*) **s** *nonnulli* ‖ **129** exprime **SVLsl** exprome *Rhenanus et Iunius* | sed **SVLl** qua genitus sede **s** sede *Rhenanus* (*qui ex ed. pr. legit* sede qua genitum dicas, *sed aliter sic versum legit* expromere properes qua gente natus cluas) *Iunius* | cluas **SVL** duas *vel* dicas *vel* fluas **sl** ‖ **130** *a v. 2 versus agnovit* **V** | ne] me **s** | adcidas **V** accidas (-cedas) *vel* occidas *vel* cadas **sl** ‖ **131** clava] dava **V** ‖ **132** quid (*vel* qui *vel* quem) ... profane **s** | incerta *vel* incerte **s** ‖ **133** quae gens quae patria **s** | capud **S** ‖ **134** regna tergemini **SLl** (ter gemini **L**) regnanter gemini **V** *varie corrupta* **s** | potens **SV** petens **L** *utrumque* **sl**

longinqua regis, unde ab Hesperio mari 135
Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
vidi duobus imminens fluviis iugum,
10 quod Phoebus ortu semper obverso videt,
ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit
Ararque, dubitans quo suos cursus agat, 140
tacitus quietis adluit ripas vadis.
estne illa tellus spiritus altrix tui?'

3 haec satis animose et fortiter, nihilo minus mentis suae non est et timet *μωροῦ πληγήν*. Claudius ut vidit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit neminem Romae sibi parem fuisse, illic non habere se idem gratiae: gallum 145
4 in suo sterquilino plurimum posse. itaque, quantum intellegi potuit, haec visus est dicere: 'ego te, fortissime deorum Hercule, speravi mihi adfuturum apud alios, et si qui a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. nam, si memoria repetis, ego eram qui Tib⟨ur⟩i ante templum

135 Hesperio mari] *Sen. Herc. f. 1140* ‖ **135–136** *Sen. Herc. f. 231–234, Ag. 838–840* ‖ **138** *Apul. met. 2,28,7* ‖ **140** *Lucan. 1, 433, Claud. Ruf. 2,111* ‖ **140–141** *Tib. 1,7,11–13* ‖ **141** *Sen. Herc. f. 680* ‖ **142** *Sen. Herc. f. 697* | tellus … altrix] *cf. ThLL 1,1770,81* ‖ **143** animose et fortiter] *Sen. prov. 4,5, vit. beat. 24,4, epist. 67,4; 70,21* | mentis suae non est] *Cic. Pis. 50, Sen. contr. 1,1,16, cf. ThLL 8,718,20* ‖ **143–144** timet *μωροῦ πληγήν*] *Soph. Ai. 278–279 de Aiace irato et furioso, v. comm.* ‖ **144** oblitus nugarum] *Petron. 71,4; 136,5* ‖ **145–146** gallum … posse] *Guil. Malmesb. Gesta Pont. Angl. 1,17, Prov. sent. lat. medii aevi n. 10154, Planud. prov. 264 (ἀλέκτωρ ἐν τῇ οἰκείᾳ κοπρίᾳ ἰσχυρός ἐστιν), prov. Otto 752, v. comm.* ‖ **149** si memoria repetis] *Edict. Claudii de civ. Anaun. CIL V 5050 (= ILS 206), Sen. contr. 9,5,16, Sen. epist. 10,3* | Tib⟨ur⟩i] *cf. ILS 3401. 3414–3418*

136 In achaiam **V s l** *nonnulli* | nobile] mobile **V s** *nonnulli* ‖ **137** fluviis *vel* fluvius **s** ‖ **138** foebus **S** ‖ **139** rodanus **V s** (**l** *nonnulli*) ‖ **140** Ararquae **V** ararque *vel* aratque (arr-) *vel* exitque **s l** | suos *vel* suus **l** ‖ **141** adluit (all-) *vel* abluit **s l** | ripas] rapidas **V** | vadis **S V s** undis **L l** *prob. Herrmann* ‖ **142** altrex **V** altrixque **s** *nonnulli* ‖ **143** animo se **V** | non est (*vel* esse) suae **s** ‖ **144** ΑΛΩΡΟΥΠΛΗΓΙΝ **S** ΑΑΩΡΟΥ ΠΛΗΓΗΝ **V** ΔΛΩΡΟΥ ΤΙΛΗΤΗΝ **L** *Graeca verba restituit Iunius* ‖ **145** sibi Romae parem **V L l** *prob. Mariotti*[1] parem sibi Romae *vel* parem sibi Romae parem **s** | haberes eodem **S** se (*vel* se non) habere idem (*vel* idcirco) **s** ‖ **146** sterquilinio **V L l s** *nonnulli Guil. Malmesberiensis* sterquilino (-nio) suo **s** | posse] valere **s** *Guil. Malmesberiensis* | intelligi **L s l** | potuit intelligi **s** ‖ **147** docere (i *supra* o) **V** | herculus (e *supra* u) **V** hercules **L s l** ‖ **148** apud *vel* ad **s** | si quis **L l** *plerique* **s** | notorem *vel* notionem *vel* rationem *et alia corrupta* **s l** | nominaturis (u *supra* i) **S** | me *om.* **l** *nonnulli* | optime] omnia **s** ‖ **149** memoriam **V L l** | tibi **S V L s l** Tiburi *Bücheler (coll. Suet. Aug. 72,2; adde infra 8,3* templum in Britannia) *prob. Rossbach Ronconi Russo* tibi … tuum *glossam put. Scheffer*

150 tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. tu scis quantum illic 5
miseriarum contulerim, cum causidicos audirem diem et noctem. in quod si
incidisses, valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augeae purgare:
multo plus ego stercoris exhausi. sed quoniam volo* *'

'* * non mirum quod in curiam impetum fecisti: nihil tibi clausi est. modo **8**
155 dic nobis qualem deum istum fieri velis. *Ἐπικούρειος θεὸς* non potest esse:
οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει. Stoicus? quomodo potest "rotundus" esse, ut ait Varro, "sine capite, sine praeputio"? est aliquid in illo
Stoici dei, iam video: nec cor nec caput habet. si mehercules a Saturno petis- 2
set hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebravit Saturnalicius prin-
160 ceps, non tulisset. illum deum ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit,

156 *Epic. rat. sent. 1 (Diog. Laert. 10,139 πράγματα ... ἄλλῳ); Schol. Townl. Il. 24,526 (πρᾶγμ' ... ἄλλοις)* || 156–157 *Varro men. 583B. (= Astbury)*

152 cloacas Augeae purgare] *Varro men. 70B. (= Astbury), Lucian. fugit. 23, Tert. nat. 2,9, prov. Otto 206* || 154 in curiam ... fecisti] *Sall. Cat. 43,3* || 158 nec cor nec caput] *Cic. div. 2,37, cf. ThLL 3,386,54, prov. Otto 344*

150.151 miseriarum illic (*vel* ille) **s** *nonnulli* || 151 contulerim **SVLl** pertulerim **s** tulerim *Haase Bücheler* ⟨tecum⟩ tulerim *Rossbach* tetulerim *Heraeus* ⟨e⟩go tulerim *Mariotti Russo* ego contulerim *Eden* tum tulerim *J. A. Richmond apud Eden* | cum] dum **s** | quod **SVLs** *prob. Schenkl Russo Eden* quod *vel* quos *vel* quo **l** quos *plerique edd.* || 152 licet valde fortis tibi **s** | auge **SVLl** *om.* **s** Augiae *Rhenanus* Augeae *Bücheler* || 153 ego plus **s** | quoniam volo *om.* **s** || 153–154 *lacunam hic dialogismi sat late hiantem suspicati Rhenanus et Iunius, prob. plerique edd., nihil excidisse statuit Kurfess*[3] *coll. c. 9 in., prob. Russo*[7], *v. comm.* || 154 miror **s** | fecisse **V** | tibi nihil **s** *nonnulli* | clusi **VL** clusi *vel* clausi **l** clausum **s** || 155 istum deum (*vel* dominum) **s** | fieri velis] fieri vel graecum (vel graecum fieri) **s** || 155–156 ЄΠΙΚΟΥΡΗΟϹΘЄΟϹ ... ΟΥΤЄΔΥΤΟϹ ΠΡΔΓΜΛЄΧΙЄ ΤΟΥΤЄΔΛΛΟΙϹ ΠΑΡЄΧЄΙ **S** ЄΤΤΙΚΟΡΗΟϹ ΘЄΟϹ ... ΟΥΤЄΔΥΤΟϹΤΙΡΔΤΜΔ ΕΧΙΕΤ ΤΟΥΤ ΒΔΔΟΙΠΔΡЄЄΧЄΙ **V** ЄΡΙΚΟ ΦΟϹΘЄΟϹ ... ΟΥΤЄΔΥΖΟЄ ΠΡΔΤΜΔ ЄΖЄΙΤΟΥΤ ΒΔΛΛΟΙ ΡΔΡЄ Є3ЄΙ **L** *οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει Epicuri sententiam restituit Rhenanus* || 156 ⟨ὅς⟩ οὔτε *Fromondus* *ὅστις οὔτε Herrmann* | *πρᾶγμά τι Bücheler*[1] *πράγματ' Bücheler*[3] *πρᾶγμα Bücheler*[2] | *πρᾶγμα ἔχει τι Haase Ball Bücheler*[4–6] *Ronconi Russo Eden* | rotundus *vel* iocundus **s** || 157–158 sine capite sine praeputio est. aliquid in illo stoici dei iam video. nec cor nec caput habet *dist. Vat. 2216* || 158 capud **S** caput *vel* capud **sl** | *post* habet *lacunam (in qua Herculem respondisse putavit) indicavit Schusler* | me hercule **Ll s** *nonnulli* || 159 mensem] mense in **S** | saturnaliaei' **S** saturnaliaeius **V** saturnalia eius **Ll** et saturnalia eius **s** Saturnalitius *Iunius* Saturnalicius *Bücheler* *om. Malat. S.XX.1 Paris. 6395 Vat. Chis. H.VIII. 259, del. Faber Lipsius plerique edd. ante Bücheler* | saturnalia eius princeps *del. Gruterus* || 160 non *om.* **s** | illum deum] illum deum sane *Lipsius* illud, nedum *Gronovius plerique edd.* illum deum ⟨fieri⟩ *Mariotti* illum deum ⟨induci⟩ *Eden* | ab Iove] abiovem **S** abi! Iovem *Birt* ab⟨nuo⟩, Iovem *Ronconi*[1] | quem *Fromondus* qui **SVLsl** | illo **VLl** illos **S** se **s**

damnavit incesti? Silanum enim generum suum occidit. oro, per … quod sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. "quare" inquit "quaero enim, sororem suam?" stulte, stude. Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. quia Romae, inquis, mures molas lingunt, hic nobis curva corrigit? quid in cubiculo suo faciat nescio, et iam "caeli scrutatur plagas". deus fieri vult: parum est quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt et ut deum orant *μωροῦ εὐιλάτου τυχεῖν*?'

9 Tandem Iovi venit in mentem, privatis intra curiam morantibus ⟨non li-

166 *Enn. sc. 244 V.*[2] *(187 Jocelyn)*

162–163 Venerem … Iunonem] *Plaut. Bacch. 217, Octavia 533–535* || **163** quare, inquit, quaero] *Sen. contr. 10,1,11* || **164** stulte, stude] *Prop. 2,21,18; 3,5,14; 3,20,5, Arr. Epict. diss. 3,22,85* || **165** mures molas lingunt] *prov. Otto 1172, cf. R. Ellis, JPh 31,1908,45* | curva corrigit] *Hesiod. op. 7, Solon. el. 4,36, Plin. epist. 5,9,6, cf. CIL I 1438, prov. Otto 490* || **167** templum … colunt] *Guil. Malmesb. Gesta Pont. Angl. 4,153* || **168** *μωροῦ … τυχεῖν*] *Sept. Esdras 1,8,53, Psalm. 98,8, v. comm.* || **169** privatis] *de diis privatis? cf. Liv. 5,52,3*

161 clamavit **V** damnavit *mg.* **V**[3] | incesto **VLl** | silvanum **SV** silvanum *vel* sillanum **s** sillanum **Ll** L. Syllanum *vel* L. Silanum *edd. ante Bücheler* | oro p̦ qđ **SL** oro per quod **Vl** oro propter quod (*vel* quid) quia **s** oro per …? quod *Faber* oro propter quid? *Lipsius Ruhkopf Haase Waltz* oro, per quae *Scheffer* oro per quid? *Schenkl* oro per * quod *lacunam susp. Bücheler*[1] propter quid? (*del.* oro) *Bücheler*[2] *Haupt* propterea quod (*del.* oro) *Bücheler*[3–6] *Ball* propter quod *Löfstedt* oro ⟨te⟩, per quid? *Gertz* oro, p⟨atres conscripti,⟩ quod *Rossbach* oro, per quod? *Rostagni* per ⟨omnes deos, quapropter?⟩ quod *malit Ronconi* oro, per ⟨quid⟩? quod *Russo* (*qui interpellanti attribuit*) *prob. Eden* oro, quare? quod *Mariotti* †oro per quod† *Bruun* || **162** puellarium **V** | vocaṛẹnt **V** vocabant **s** *del. Haupt* || **163–166** quare … plagas *om.* **s** || **163** quare] iure *Friedländer* | inquis *Lipsius Ball Waltz* iniit *Rutgers* || **164** stulḍe (t *s. l.* **V**[3]) **V** | studere **L l** *nonnulli* | unde Athenis … totum? *Rutgers* | quia] qui **V** atqui *Gertz* | inquit **l** *nonnulli Hartmann Waltz Ronconi* || **165** moras **V** | lingunt. *dist. Bücheler plerique edd.* lingunt, *dist. Weinreich Russo Eden* | corriget *Neubur plerique edd.* corrigit *def. Kurfess*[2] *Russo* | faciant *Wachsmuth* (*coll. Cass. Dion. 60,28,4*) fiat *Münscher* || **166** nescio etiam *edd. ante Haase* nescit et iam *Bücheler Maehly Wachsmuth Ball Münscher* nesci[o]et: iam *Eden* | deus fieri vult? *dist. Eden* *del. Passalacqua* || **167** et britanniam (brict-) **s** *nonnulli* | nunc **SVLl** eum **s** hunc *Lipsius plerique edd.* ⟨hunc⟩ nunc *dub. Russo* (*coll. 11,3, Sen. Thy. 101*) *prob. Eden* | ut deum et *transp. Ussing* ut deum *del. Mariotti apud Russo*[4–6] *prob. Zwierlein* || **168** ΜϢΡΟΥЄΥЄΙΛΑΤΟΥ ΓΥΧΗΙΝ **S** ΜΟΡΟΥ ЄΙΛΑΤΟΥΧΗΙΝ **V** ΑΛϢΡΟΥ Θ ΙΛΑΤ ΟΥΧ ΗΙΝ **L** *Graeca verba agnovit Schneidewin* | *τύχην Waltz* || **169** tantum **SV** | intra] extra *Faber P. Pithoeo duce* infra *Ruhkopf* | morentibus **S**

170 cere⟩ sententiam dicere nec disputare. 'ego' inquit, 'p. c., interrogare vobis
permiseram, vos mera mapalia fecistis. volo ut servetis disciplinam curiae.
hic qualiscumque est, quid de nobis existimavit?' illo dimisso primus inter- 2
rogatur sententiam Ianus pater. is designatus erat in kal. Iulias postmeridia-
nus consul, homo, quantum via sua fert, qui semper videt *ἅμα πρόσσω καὶ*
175 *ὀπίσσω.* is multa diserte, quod in foro vivat, dixit, quae notarius persequi non
potuit et ideo non refero, ne aliis verbis ponam quae ab illo dicta sunt. multa 3
dixit de magnitudine deorum: non debere hunc vulgo dari honorem. 'olim'
inquit 'magna res erat deum fieri: iam Fabam mimum fecisti. itaque ne vi-
dear in personam, non in rem dicere sententiam, censeo ne quis post hunc
180 diem deus fiat ex his qui *ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν* aut ex his quos alit

174–175 *Hom. Il. 1,343; 3,109 etc.* || **180** *Hom. Il. 6,142, cf. 21,465*

171 mera mapalia] *Petron. 58,14, cf. Epicharm. 169K. ἀγρὸν τὰν πόλιν ποιεῖς, prov. Otto 1058* || **175** multa diserte] *Sen. contr. 2,1,35; 9,4,20* || **180** ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν] *Lucian. rhet. praec. 11*

170 nec disputare ⟨licere⟩ *Faber* sententiam dicere ⟨non licere⟩ *Haase Rossbach Ball* ⟨non licere⟩ sententiam dicere *Bücheler*[1] ⟨senatoribus non licere⟩ sententiam dicere *Bücheler*[2-6] *prob. Eden* sententiam dicere nefas putari *Haupt* sententiam dicere nec dis fas esse *Ussani* nec sententiam dicere licere *Waltz* sententiam dicere nec dis placere *Ronconi* ⟨non licere patribus⟩ sententiam dicere *Mariotti Russo* | inquid **V** | interrogari *dub. Eden* || **170.171** permiseram vobis **s** *nonnulli* || **171** mera pamalia **V** mera (*vel* mores *et alia corrupta*) turbastis **s** mapalia *saepe corruptum* in **l** || **172** existimavit (*vel* extimavit **l**) **SVLl** *prob. Eden* existimabit (*vel* extimabit) **s** *plerique edd.* || **173** pateris designatur **SV** | is *vel* his (hiis) **s** || **174** quantum via sua fert qui **SVLsl** *prob. Rostagni Russo*[1] *Eden* ⟨qui⟩ quantum via sua fert [qui] *Russo*[2-3] *append.* quantumvis vafer et qui *Rhenanus* quantumvis vafer qui *Alciatus Bücheler Russo*[4-6] *app. plerique edd.* quantum visus fert qui *Ronconi* | vidit **s** || **174–175** ΔΜΔΠΡΟϹϹΟΚΑΙΟΠΙϹϹѠ **S** ΑΜΑΡΟϹϹΟΚΑΤΙLϹϹѠ **V** ΑΜΑΡΟϹϹΟ ΚΑΤΟ ΝΙϹϹѠ **L** *Graeca verba restituit Rhenanus* || **175** quod … vivebat *Bücheler Rouse Eden* quom … vivat *Haupt Rossbach* (cum *Waltz*, qui *Perutelli*) || **176** refero **S** fero **VLl** pono **s** | ponam **SVLl** referam **s** || **177** honorem dari **s** || **178** famam mimum **S** fama nimium **VL** fama nimium (*vel* minimum) **sl** (*vel* nimirum *vel* numinum **l** *nonnulli*) famam mimum *Bücheler* (fabam mimum *Büch. app. coll. Cic. Att. 1,16,13*) Fabam mimum *Rostagni Russo*[4-6] *Rouse*[3] *Eden, alii alia, v. comm.* | fecisti **SVLsl** *prob. Haase Ball Eden* fecistis *Ball. 130 Ball. 136 prob. plerique edd., sed recte* fecisti *ad Iovem pertinet, v. comm.* || **179** re **V** || **180** fiat deus **s** | qui ΔΡΟΥΡΗϹ ΚΔΡΠΔΟΥϹΝ **S** quia ΡΟΥΡΗΛΚΛ ΡΟΝЄ ΔΟΥϹΙΝ **V** qui ΔΡΟΥΡΗ ѠΚΔΡΟΝ Θ ΥЄΙΝ **L** | ex his quos **SLsl** ex quod (d *eras.*) **V**

ζείδωρος ἄρουρα. qui contra hoc senatus consultum deus factus dictus pictusve erit, eum dedi larvis et proximo munere inter novos auctoratos ferulis
4 vapulare placet.' proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicae Potae filius, et ipse designatus consul, nummulariolus. hoc quaestu se sustinebat: vendere civitatulas solebat; ad hunc belle accessit Hercules et auriculam illi 185
5 tetigit. censet itaque in haec verba: 'cum divus Claudius et divum Augustum sanguine contingat nec minus divam Augustam aviam suam, quam ipse deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat sitque e re publica esse aliquem qui cum Romulo possit "ferventia rapa vorare", censeo uti divus Claudius ex hac die deus sit ita uti ante eum qui[s] optimo iure fac- 190

181 *Hom. Od. 11,309 (θρέψε), Il. 2,548 (τέκε), cf. Od. 4,229 et 9,357 (φέρει), Hes. op. 117. 173 (ἔφερε, φέρει), Od. 19,593 (ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζ. ἀ.), Hymn. Ap. 69* || **189** *Lucil. 1357M.*

181 *ζείδωρος ἄρουρα*] *Lucian. Icar. 12, Apul. apol. 31* | deus factus dictus pictusve] *facere/dicere (appellare i. e. dicere) deum: Vell. 2,126,1, Isid. etym. 8,11,37 (de Iano); facere = fingere, effigiare vel formare et facere: Non. 308,37 (481 L.), ubi Plaut. Asin. 174 laudatur, cf. Sen. contr. 10,5,3; pictus/fictus: Plaut. Asin. 174, Cic. fam. 5,12,7, Quint. inst. 3,9,9, Macrob. 2,2,10, Plut. quaest. Rom. 22 (269A) de Iano (γράφουσιν καὶ πλάττουσιν), prov. Otto 659* || **182** dedi larvis] *Plin. nat. praef. 31* | auctoratos] *Sen. contr. 7,4,8* || **185** ad hunc belle accessit] *Sen. contr. 7,1,26* || **185–186** auriculam illi tetigit] *Sen. contr. 2,1,39, Plin. nat. 11,251, Lucian. Saturn. 11, prov. Otto 214* || **187** sanguine contingat] *Iuv. 11,62* || **189** ferventia rapa vorare] *Mart. 13,16, cf. Enn. Ann. 115–116 V.*[2] *(110–111 Skutsch)* || **190** optimo iure] *de formula cf. ThLL 7,686,74; 699,30*

181 ΖΕΙΔΩΡΟϹΑΡΟΥΡΑ **S** ΖΕΙΔΟΡΩϹΑΡΟΥΡΑ **V** ΖΕΥΑΩ ΡΟϹΑ ΡΟΥΡΑ **L** *verba Homeri restituit Rhenanus* | aut ex his … *ἄρουρα del. Heinsius Scheffer Neubur Bücheler*[1-3] | consultum **SLs1** consilium **V** | factus] fictus *Heinze* | factus dictus pictusve] factus fictusve *dub. Iunius* *'interciditne* fictus?' *Bücheler*[3-6] *app.* || **182** larvis] lanistis *Maehly* | et **S** sed **VL1** ex **s** || **183** Dis pater *vel* Dispiter *Schenkl prob. Gertz Wissowa* (*RE 5,479*) | nicę pote **S** nicepote **VL** nice *vel* vice *vel* nece *et alia corrupta* **s1** *corr. Faber* || **184** num mariolis (u *supra* i) **S** numulariolus **V** nummulariolus **L1** numariolus (*vel* numm-) **s** || **185** vendeḍẹre **V** | ad hunc **S** adhuc **V** ad hoc **L1** ad hunc *vel* adhuc **s** | belle *Cort. 81 Paris. 8501 A Vat. Chis. H. VIII. 259* velle **SVL1** *om.* **s** || **186** et Claudius **L1** *nonnulli* || **187** nec] et non **s** | ipsam **V** || **188** mortalis **V** | sapientiā **S** | antecellit **V** *Balt. 114* || **188. 189** sitque e rep̄ **SV** sitque e r. p. **L1** intersitque rei public(a)e (*vel* r. p.) **s** || **189** esse *om.* **l** *nonnulli* | verventi (f *supra* v) **S** ferventi **V** | vorare] vocare *vel* vacare **s** *nonnulli* notare **l** *nonnulli* || **190** uti[1]] ut **VL1** | uti ante eum **L1** ut iamte eum **S** utiamtecum **V** ut iam ante (*vel* inde) eum **s** | qui *Müller prob. Bücheler*[2-6] *Maehly Bruun* (*cf. etiam supra 5,3* ut qui … timuerit) | optime **VL1** || **190. 191** factus sit *om.* **s**

tus sit, eamque rem ad Metamorphosis Ovidi adiciendam.' variae erant sen- 6
tentiae, et videbatur Claudius sententiam vincere. Hercules enim, qui videret
ferrum suum in igne esse, modo huc modo illuc cursabat et aiebat: 'noli mihi
invidere, mea res agitur; deinde tu si quid volueris, in vicem faciam: manus
195 manum lavat.'

Tunc divus Augustus surrexit sententiae suae loco dicendae et summa fa- **10**
cundia disseruit: 'ego' inquit, 'p.c., vos testes habeo, ex quo deus factus sum,
nullum me verbum fecisse: semper meum negotium ago; et non possum am-
plius dissimulare et dolorem, quem graviorem pudor facit, continere. in hoc 2
200 terra marique pacem peperi? ideo civilia bella compescui? ideo legibus ur-
bem fundavi, operibus ornavi, ut ... quid dicam, p.c., non invenio: omnia in-
fra indignationem verba sunt. confugiendum est itaque ad Messalae Corvini,
disertissimi viri, illam sententiam: "pudet imperii". hic, p. c., qui vobis non 3

193 modo huc modo illuc (cursabat)] *Catull. 3,9*

191–192 variae ... vincere] *Ovid. her. 16,75–76, Sen. contr. 1,5,3* ‖ **193** ferrum ... in igne] *Prov. sent. lat. medii aevi n. 9363a, prov. Otto 657* ‖ **194–195** manus manum lavat] *Petron. 45,13, cf. Epicharm. ap. Plat. Axioch. 366c, Menandr. monost. 543, Apostol. paroem. 1,36 a ά δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει, prov. Otto 1036* ‖ **196** sententiae ... dicendae] *Sen. contr. 6 exc. 5* ‖ **198–199** et ... amplius] *Sen. contr. 2,5,6–7* ‖ **199** dolorem ... pudor] *Tac. ann. 11,35,2* ‖ **200** terra ... peperi] *Mon. Ancyr. 13* | civilia bella] *Mon. Ancyr. 1,1* ‖ **200–201** legibus ... fundavi] *Mon. Ancyr. 6,1; 8,5, Verg. Aen. 6,810* ‖ **201** operibus ornavi] *Mon. Ancyr. 19–24* | terra ... ornavi] *Hor. epist. 2,1,1–3* | quid ... non invenio] *Petron. 108,1* ‖ **202–203** Messalae ... disertissimi viri] *Sen. contr. 2,4,8; 3 praef. 14. 15* ‖ **203** pudet imperii] *Sen. Polyb. 17,4*

191 moeta morfosis **S** metamorfosis **VL** (-ph- **L**) metamorphosis (meth- *plerique*) *vel* metamorphoseos **l** metamorphosin (*vel* -f- *vel* -im) **s** *μεταμορφώσεις vett. edd. Sonntag Ruhkopf Schusler* | ovidia **VL** ovidii *vel* ovidia **l** | adiciendam **Ss** dicendam **VLl** ‖ **192** sententiam **SV** sentia (ten *s. l.*) **L** sententiam *vel* sententia **sl** una (*subaud.* sententia) *Rhenanus* sententia una *Muretus* sententia *Neubur Ruhkopf* sane iam *Bücheler*[1] *append.* sensim iam *B. Schmidt* [sententiam] *von Leutsch prob. Bücheler*[2–6] *Rossbach* sententiam Iani *Birt* | videret *vel* videbat **sl** ‖ **193** ignem **V** | adiebat **S** agebat *Dubl. E. 5.20* ‖ **194** agitur deinde] agit te inde **s** | tu *om.* **Ll** ‖ **196** tum **Ll** *nonnulli* | suae **SVL** (*s. l.* **L**) **sl** *prob. plerique edd.* suo *Guelf. 299 Mert. 297 Vat. Arch. S. P. C. 121 prob. Gronovius Gertz Hartmann Roncali apud Russo*[4–6] *append. del. Neubur Maehly Rizzo* | loco *del. Lipsius Sonntag* e loco *Maehly* | dicendae *vel* dicens *vel* dicente **sl** | et summ(a)e facundi(a)e *vel* contra summam facundiam **s** ‖ **197** ego, inquit *om.* **VLl** ‖ **198** adeo *ante* semper *add.* **s** | negotium meum *vel* et meum negotium **l** *nonnulli* | et] set *vel* sed **s** set *Bücheler*[1] sed *Bücheler*[2–6] *Rossbach Waltz Rostagni Ronconi* ‖ **201** ordinavi **s** | ut **SV** et **Lls** ‖ **202** indignatione **S** | admessale **S** ad messal(a)e (ad cresalem *nonnulli*) **s** adme adme sale **V** a me ad messal(a)e **Ll** (ā **L**) ‖ **203** viri disertissimi **s** disertissimi viri *del. Haase* | pudet **Ss** precidet **V** precidit ius **Ll** | hic qui vobis p. c. **s**

posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat quam canis adsidit. sed quid ego de tot ac talibus viris dicam? non vacat deflere publicas 205
clades intuenti domestica mala. itaque illa omittam, haec referam; nam
4 etiam si sura mea Graece nescit, ego scio: ἔγγιον γόνυ κνήμης. iste quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam rettulit, ut duas Iulias pronepotes meas occideret, alteram ferro, alteram fame; unum abnepotem L. Silanum: videris, Iuppiter, an in causa mala; certe in tua, si ae- 210
quos futurus es. dic mihi, dive Claudi, quare quemquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc ubi fieri solet? in caelo non fit.

11 Ecce Iuppiter, qui tot annos regnat, uni Volcano crus fregit, quem

> *ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο,* 215

215 *Hom. Il. 1,591*

204–205 muscam excitare … canis adsidit] *v. comm.* ‖ **205–206** non vacat … clades] *Sen. Ag. 654* | publicas clades] *cf. ThLL 3,1244,55* ‖ **207** *ἔγγιον γόνυ κνήμης*] *Aristot. Eth. Nicom. 9,8,2 (1168b), Theocr. 16,18, Cic. fam. 16,23,2, Athen. 9,30 (383b), Suda v. γόνυ κ. ἔ., paroem. Zenob. 3,2, Diogen. 3,78, Greg. Cypr. 2,50, prov. Otto 1324* ‖ **208–209** gratiam … occideret] *Sen. contr. 9,1,5 (9. 11)* ‖ **214–216** Iuppiter … iratus] *Sen. contr. 10,5,1 (2. 6. 24–25)*

204 ex[i]titare **V** | tam *vel* cum **s** | quem **s** *nonnulli* | adsidit **S** *plerique edd.* excidit **V** *Dubl. E. 5.20* **l** *plerique, prob. Rutgers Fromondus* (‘*talorum iactus infelicissimus*’) exsidit **Ll** *nonnulli* frust(r)um abscidit **s** exta edit *Rhenanus* (*coll. Gr. prov. κύων παρ' ἐντέροις*) *et Alciatus* ⟨exta⟩ exedit *Ronconi, v. comm.* ‖ **205** tot actibus **VLl** utar ac talibus **s** *nonnulli* ‖ **206** omittam illa **L** | illas **s** | referem **V** ‖ **207** sor mea **S** for me a **V** phor mea **L** phor mea *vel* formea *vel* forma *et alia corrupta* **l** soror mea **s** *prob. Bücheler Rostagni Russo*[1–2] *Ronconi* sura mea *Russo*[3–6] *cruces appos. Haase Rossbach Waltz, alii alia, v. comm.* | Graece *del. Bücheler*[2–6] *Birt Herrmann Eden* | ЄNTYCONTONYKNHΛIHC **S** ЄNTYCONTONIKNNΑIHC **V** ЄNTICON TONY KHNΑIHC **L** *Graeca verba rest. Bücheler et Cobet, vocem hanc corruptam ex inscriptione libelli (Ἀποκολοκύντωσις) coniecit Heumann* | videtis *vel* videris **s** ‖ **208** mihi *om.* **s** | retulit **SVL sl** *plerique* ‖ **209** iulias **SL** sicilias **V** avias suas **s** iulias (-ll-) *vel* filias **l** | pronepotes **SVLl** *scripsi* (*coll. Enn. 55 V.*[2] [*60 S.*], *Charis. GL 1,90,24, Non. 317 L., codd. Suet. Ner. 35,1*) proneptes **s** *Malat. S. XX.1 Leod. 109 prob. omnes edd.* | fame … ferro **s** *plerique* ‖ **210** adnepotem **VLl** obnepotem **s** *nonnulli* | silanum **SL** silandum **V** sillanum (sal- *vel* silv-) **sl** | vides **l** *nonnulli* | si aec vos **S** si haec vos **V** si hic inter vos (hic *s. l.* **L**) **Ll** (*vel* nos **l**) *vett. edd.* si (*vel* certe) hic apud nos **s** sit aequus *Haase* si aequos *Bücheler* ‖ **211** futurus est **VLl** facturus est **s** futurus, et *Haase* ‖ **212** agnosceres **Ll** | antequ[a]em **S** | dampnasti **Vl** ‖ **213** ubi *om.* **VLl** ‖ **214** quo[i] **V** | regnatum **V** | vulcano **VLsl** (f- **s** *nonnulli*, vol- *Crac. 722*) | crux **s** *nonnulli* ‖ **215** PIΨЄT ΠΟΔΟC TЄTΑTωNΑΠΟBHΛOYΘЄCTOTO **S** PIYЄT TIO ΔCTЄTΑTω NΑTIOBHΛYΘЄTOTO **V** PIYЄT ΠΟΔOTЄTΑTωNΑΠΟ BHΑYΘЄCTOTO **L** *Homeri versum restituit Rhenanus*

et iratus fuit uxori et suspendit illam: numquid occidit? tu Messalinam, cuius aeque avunculus maior eram quam tuus, occidisti. "nescio" inquis? di tibi malefaciant: adeo istuc turpius est quod nescisti quam quod occidisti. C. Caesarem non desiit mortuum persequi. occiderat ille socerum: hic et ge- 2
220 nerum. Gaius Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, †tristionias assarionem†, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum ut etiam regnare posset. hunc nunc deum facere vultis? videte corpus eius dis iratis natum. ad 3 summam, tria verba cito dicat et servum me ducat. hunc deum quis colet? 4
225 quis credet? dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credet. summa rei, p. c., si honeste inter vos gessi, si nulli clarius respondi, vindicate iniurias meas. ego pro sententia mea hoc censeo' atque ita ex tabella recitavit: 'quan- 5 doquidem divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos

216 iratus…suspendit *respicit ad Hom. Il. 15,18*

220–221 reddidit … tulit] *Sen. contr. 10,4,12* || 223 dis iratis natum] *Hor. sat. 2,3,8, Phaedr. 4,20 (21),15, Pers. 4,27, prov. Otto 519* || 224 tria verba] *Pind. Nem. 7,70, Plaut. Trin. 963, Ter. Phorm. 638–639, Sen. epist. 40,9, prov. Otto 1869* || 226 clarius respondi] *Sen. de ira 3,24,2*

216 fuit *om.* **s** | et[2] *om.* **s** || 217 neşcii *malit Bücheler*[2–6] *app. prob. Ronconi* | dii **SVLsl** *vett. edd. Bücheler*[1] di *Haase plerique edd.* || 218 istud **VLsl** | nesti **V** (∴ *mg.*) nescis **Ll** *vett. edd.* || 219 c. caesarem **Ss** IC. caesarem **V** Illa G. cesarem **Ll** | prosequi **VL** persequi *vel* pro- **sl** | et *om.* **s** || 220 Gaius] .c. **S** c cesar **V** G. Cesar **L** G. (*vel* C. *vel* Gaius) **sl** Caius Caesar *vett. edd.* Caius *Schusler app.* Gaius *post Bücheler omnes edd.* | vefuit **S** vetuerat *ante* Crassi *transp.* **s** | hic *vel* hoc **sl** | illi *om.* **s** || 221 tulit] sustulit *Scheffer Maehly* apstulit *Gertz Rossbach* || 221.222 tristionias assarionem (assar- **V**, i *s. l.*) **SV** tristioniam assarionem **Ll** (tristimoniam assarionem *Guelf. 299*, Cristioniam assarionem *Paris. 8717*, Bassioniam Assarion *Vat. 4498*, Tristioniam Assarionem *mg. Vat. 4498*) tristion(i)am assarionam (T- A-) *vel* t. Affanonam **s** *post* Assarionem * *lacunam indicavit Bücheler*[1] tris, di boni, assarios item *Mommsen* τρεῖς τριῶν ἀσσαρίων omnino *Gertz Palmer* Tristionias, Assarionem *Bücheler*[2–6] (tris homines assarios *Bücheler*[1] *append., Bücheler*[2–6] *app.*) *del. Birt, cruces pos. Rossbach Waltz Russo Rouse*[3], *alii alia, v. comm.* || 222 tamen] tantum **s** || 223 deum *s. l.* **V**[3] | videte *vel* videre **s** | diis **VLsl** || 223.224 ad summa **V** At summa **Ll** (*vel* ad *vel* ac **l**) assumat **s** *nonnulli* || 224 et servum me ducat *om.* **V** *Ant. 9 Laur. A. 168* || 225 esse *om.* **s** || 226 me *ante* inter *suppl. Haase Bücheler Ball Rossbach Bruun* | gressi **S** me gessi **s** | nulla (i *s. l.*) **S** | clarius **S** darus **V** durus **L** durus *vel* durius **sl** (dure *vel* divus **l** *nonnulli*) durius *Rhenanus Hartmann Waltz Herrmann* acrius *Wehle* || 227 pro sententia mea **Ss** praesen **V** (tia mea *s. l.* **V**[3]) psentia mea **Ll** | quanto quidem **V** || 228 appia (u *s. l.*) sillanum **V** Appium Sylanum **L** appium (ap-) sillanum (*vel* sil- *vel* silv- *vel* syl-) **sl**

duos Magnum Pompeium et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum Frugi, hominem tam similem sibi quam ovo ovum, Scriboniam socrum filiae suae, 230 uxorem suam Messalinam et ceteros quorum numerus iniri non potuit, placet mihi in eum severe animadverti nec illi rerum iudicandarum vacationem dari eumque quam primum exportari et caelo intra triginta dies excedere, 6 Olympo intra diem tertium.' pedibus in hanc sententiam itum est. nec mora Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos a caelo 235

unde negant redire quemquam.

12 Dum descendunt per viam Sacram, interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum, num Claudii funus esset. et erat omnium formosissimum et impensa cura, plane ut scires deum efferri: tubicinum, cornicinum, omnis generis aenatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius 240

236 *Catull. 3,12*

230 ovo ovum] *Cic. acad. 2,54. 57, Quint. inst. 5,11,30, prov. Otto 1318* ‖ 231 numerus iniri] *cf. ThLL 7,1298,63* ‖ 233 caelo...excedere] *Verg. Aen. 12,842* ‖ 235 collo obtorto] *Plaut. Poen. 790, Rud. 853. 868, Cic. Cluent. 59, Ps. Apul. Ascl. 12* ‖ 235–236 a caelo...quemquam] *Plat. Phaed. 113e, Sen. Herc. f. 865–866, Herc. O. 48–49. 1527, Petron. 132,10, Iuv. 6,622–623* ‖ 237 quid sibi velit] *Sen. contr. 7,6,7* ‖ 239 impensa cura] *cf. ThLL 7,548,75* | tubicinum cornicinum] *Hor. sat. 1,6,43–44, Petron. 78,6; 129,7* ‖ 240 turba ... conventus] *Cic. Verr. II 1,137; 4,110. recte* conventus: conventus *est cornicinum et tubicinum,* concentus *cornuum et tubarum (cf. Liv. 9,41,17)*

229 l. sillanum **V** L. Syllanum **L** L. Syllanum (*vel* sill- *vel* silv-) **sl** | et *ante* socerum *add.* **s** | grassum **SV** ‖ 230 et *ante* Scriboniam *add.* **s** ‖ 231 iniri **S s** *plerique* inveniri **VLl s** *nonnulli* ‖ 232 mihi *del. Sedgwick* | iudicandarum] vendicandarum *vel* adiudicandarum **s** *nonnulli* | vacationem **Sl** *nonnulli* vocationem **VL l** *plerique* advocationem **s** ‖ 233 dare **S** | caelo *vel* e (*vel* a *vel* in) caelo **sl** | inter **S** | XXX **Ll** | dies triginta (*vel* XXX) **s** ‖ 234 olimpo **Ls l** *nonnulli* | inter **s l** *nonnulli* ‖ 235 cillemus (ni *s.l.*) **V** (ni *s. l.* **V**[3]) cillenius **L** cillenius *vel* gill- *vel* cil- **sl** | obtorto collo **s** | e caelo *vel* a caelo **sl** ‖ 235–236 ad inferos a caelo unde **SVLsl** *abrupte prob. Heraeus Weinreich Rostagni Mariotti Russo Eden* ad inferos [a caelo] ⟨illuc⟩ *Muretus* (*coll. Catull. 3,12*) *plerique edd. ante Bücheler* [ad inferos] a caelo ⟨illuc⟩ *Bücheler*[1–3] ad inferos, a caelo ⟨illuc⟩ *Bücheler*[4–6] ('illuc *omnino tollendum videtur' Heraeus suppl. adn.*) [a caelo] *Waltz* [ad inferos] *Ronconi* a caelo ad inferos *transp. Birt Ball Rossbach* ‖ 237 Mercurium *dub. Bücheler*[3–6] *prob. Hartmann* ‖ 238 num *om.* **s l** *nonnulli* ‖ 239 inpensa **S** impensa ⟨cum⟩ *Earle* | plenum **VLl** *Vat. 2212 Dubl. E. 5.20* | deum *vel* dictum **s** | efferi **S** efferri *vel* offerri *vel* offeri **sl** | tibicinum **VLl** *prob. Ronconi* ‖ 240 senatorum **SVLsl** sonatorum *Malat. S. XX. 1 Paris. 6395 Neubur Sonntag* aeneatorum *Rhenanus Bücheler*[1–3] aenatorum *Bücheler*[4–6] | conventus **SVLsl** *prob. Waltz Russo Eden* concentus *Lipsius plerique edd.*

audire posset. omnes laeti, hilares: populus R. ambulabat tamquam liber. 2
Agatho et pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix animam habentes, tamquam qui tum maxime revivescerent. ex his unus, cum vidisset capita conferentes et for-
245 tunas suas deplorantes causidicos, accedit et ait: 'dicebam vobis: non semper Saturnalia erunt.' Claudius, ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. 3
ingenti enim *μεγάλῳ χορικῷ* nenia cantabatur anapaestis:

'fundite fletus, edite planctus,
resonet tristi clamore forum:
250 cecidit pulchre cordatus homo,
quo non alius fuit in toto
5 fortior orbe.
ille citato vincere cursu

250 pulchre cordatus homo *respicit ad Enn. ann. 331 V.*[2] *(329 Skutsch)*

241 laeti hilares] *Sen. ben. 3,17,4, epist. 12,9; 66,15* ‖ 242–243 e tenebris procedebant] *Sen. contr. 9 praef. 5* ‖ 243 pallidi ... habentes] *Sen. epist. 27,8* ‖ 244 capita conferentes] *Liv. 2,45,7, cf. ThLL 3,387,12* ‖ 245–246 non semper Saturnalia] *Petron. 44,3, Luc. merc. cond. 16 (Διονύσια), cf. οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια Hesych., Sud., paroem. (Zenob. 4,33, Diogen. 5,23, Apostol. 10,94), prov. Otto 1592* ‖ 247 *χορικῷ* ... anapaestis] *Auson. cento nupt. (160,31 Prete), Diomed. GL 1,511,23* ‖ 248 fundite fletus] *Serv. GL 4,460,15* | fletus ... planctus] *Sen. Tro. 78–79. 131* ‖ 248–249 planctus, resonet] *Sen. Tro. 108, Herc. f. 1113–1114* ‖ 249 resonet ... clamore] *Sen. Herc. f. 1108, Lucan. 8,734* ‖ 251–252 toto ... orbe] *Octavia 26. 936* ‖ 253 citato ... cursu] *Sen. Herc. f. 178–179, Phoen. 393*

241 laeti et hilares **s** | ambularē **V** (¨ bat *mg.* **V**[3]) | libere **s** *nonnulli* ‖ 242 Agatho] Matho *Iunius* (*coll. Iuv. 1,32; 7,129*) *Scheffer* | clausidi *vel* claudici **s** *nonnulli* | e] et **SV** ‖ 243 gratiles **V** | tum **SVL** *Cas. 392* tunc **s** tum *vel* tunc *vel* cum **l** ‖ 244 revivescerent **S** *Rossbach Rostagni Russo* reviviscerent **VLs** *plerique edd.* reviviscerent *vel varie corrupta* **l** | conferentes **SVLl** conquerentes *vel* et querentes **s** ‖ 246 et *ante* intellexit *add.* **s** | esse *om.* **s** ‖ 247 ingenti] incinente *coni. Bücheler*[2–6] *app.* ingrediente *Dieterich apud Büch.*[6] *suppl. adn.* | ΜΕΤΑΛΩΧΟΡΙΚΩ ΝΕΝΙΑ · CANTABATUR ΑΝΑPESTIS **S** ΜΕΤΑΛΩΧΟΡΙΚΩΝΕΝΙΑ CANTABATUR ANAPESTIS **V** ΜΕΤΑΛΩΧΟΡΙΚΟ ΝΕΝΙΑ cantabatur anapestis **L** *μεγαληγορίᾳ Iunius edd. ante Bücheler*[2] *μεγάλῳ χορικῷ Bücheler*[2–6] *plerique edd.* *μετὰ λω⟨τῶν⟩ χορικῷ Gertz* *μετ' αὐλῶν χορικῷ Ronconi app.* | anapaestis *del. Heraeus Eden* ‖ 248 fundite planctus edite fletus **s** fingite mugitus *post* planctus *add.* **Ll** *Dubl. E. 5.20 Vat. 2212* (date mugitus *Paris. 6395*, fingite metus *Vat. Chis. H. VIII. 259*) ‖ 250–252 *om.* **s** ‖ 250 homo] iano **VLl** *Dubl. E. 5.20 Vat. 2212* avo *Paris. 8542* | cordatus homo] corda tyranno *Vat. Chis. H. VIII. 259* ‖ 251 quo (i *supra*) **V** ‖ 253 illi **S** | citato parthos vincere cursu (*vel* cursu vincere) **s**

poterat Celeres, ille rebelles
fundere Parthos levibusque sequi 255
Persida telis, certaque manu
10 tendere nervum, qui praecipites
vulnere parvo figeret hostes
pictaque Medi terga fugacis.
ille Britannos ultra noti 260
litora ponti
15 et caeruleos scuta Brigantas
dare Romuleis colla catenis
iussit et ipsum nova Romanae
iura securis tremere Oceanum. 265
deflete virum, quo non alius
20 potuit citius discere causas,
una tantum parte audita,
saepe neutra. quis nunc iudex
toto lites audiet anno? 270
tibi iam cedet sede relicta,
25 qui dat populo iura silenti,
Cretaea tenens oppida centum.
caedite maestis pectora palmis,
o causidici, venale genus, 275

254–255 *Hor. carm. 2,13,17–18* || 254–257 *Herc. f. 1127–1130* || 255–256 levibus … telis] *Sen. Ag. 324* || 256 certaque manu] *Sen. Herc. O. 540. 544, de ira 3,14,2* || 259 Medi … fugacis] *Anth. lat. 425,2–3* || 260–265 *Octavia 26–30, Anth. lat. 419–426* || 261 litora ponti] *Sen. Phaedr. 26* || 262 caeruleos … Brigantas] *de colore cutis: Prop. 2,18c,31–32, Mart. 11,53,1, cf. ThLL 2,2195,79* || 263 colla catenis] *Paneg. in Mess. 117, Sen. Herc. f. 1106, Anth. lat. 420,4* || 264–265 *oratio Claudii ILS 212. I 40, cf. ILS 216* || 268 una … parte audita] *Sen. Med. 199* || 271 sede relicta] *Sen. Med. 371* || 272 dat … iura] *Hor. carm. 2,13,29, Sen. Phaedr. 150, Tro. 772* || 273 Cretaea … centum] *Hom. Il. 2,649, Sen. Herc. O. 1874–1876, Tro. 820, cf. ThLL Onom. 2,706,59* || 274 pectora palmis] *Sen. Herc. f. 1101, Tro. 64, Octavia 745* || 274. 276 caedite … lugete] *cf. Isidis sacra: Lucan. 8,832–833, Iuv. 6,534, Lact. inst. 1,20, Firm. err. 2,3, Serv. Verg. Aen. 4,609, Rut. Nam. de red. 1,374*

254 celeris **SV** Celeres *dub. Russo append. fort. recte cf. ThLL 3,750,50* || 255 partos **V** dacos **s** | levibus *vel* lenibus **s** || 256 persida *vel* perfida **sl** (presidia **l** *nonnulli*) || 259 fugi[a]cis **S** fugacis *vel* fugatis **sl** || 262 scuta] cute *Iunius Neubur* (*coll. Plin. 5,22,1*) victa *Bücheler*[3] (*Büch.*[4–6] *app.*) serva *Gertz* curta *Palmer* scorta *Verdière* | Scotobrigantas *Scaliger Castig. in Tib. IV 1, 149* | brigantas *vel* brigantes **sl** || 266 defletu **V** deflete *vel* deflere **sl** | qui **SV** || 267 discere] dicere **s** (**l** *nonnulli*) || 269 et neutra *ed. pr.* (*et Vat. 4498*) *prob. Bücheler*[1] ne utra *Bücheler*[2–6] nec utra *Palmer Postgate* || 273 Crete[a] **V**[3] greca **s** || 274 maiestis **S** || 275 venenale **V**

vosque poetae lugete novi,
30 vosque in primis qui concusso
magna parastis lucra fritillo.'

Delectabatur laudibus suis Claudius et cupiebat diutius spectare. inicit illi **13**
280 manum Talthybius deorum [nuntius] et trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium, et inter Tiberim et viam Tectam descendit ad inferos. antecesserat iam compendiaria Narcissus libertus ad 2 patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit et ait: 'quid di ad homines?' 'celerius' inquit Mercurius 'et venire nos nuntia.' dicto 3
285 citius Narcissus evolat: omnia proclivia sunt, facile descenditur. itaque quamvis podagricus esset, momento temporis pervenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus vel, ut ait Horatius, "belua centiceps". pusillum perturbatur – subalbam canem in deliciis habere adsueverat – ut illum vidit canem nigrum, villosum, sane non quem velis tibi in tenebris occurrere, et magna

285–286 facile descenditur. ad ianuam Ditis *respicit ad Verg. Aen. 6,126–127* || 287 *Hor. carm. 2,13,34*

279–280 inicit … manum] *in sermone iuris, cf. ThLL 8,360,19* || 280 Talthybius deorum] *cf. Plaut. Stich. 274. 305* | capite obvoluto] *Plaut. Most. 424, Cato or. fr. 43, Varro rust. 2,7,9, Liv. 3,49,5, Cic. Verr. II 5, 72, cf. ThLL 9,326,78* || 282 compendiaria] *Aristoph. Ran. 118. 123, Lucian. Men. 22, Arr. Epict. diss. 1,6,18–19* || 283 nitidus … a balineo] *Arr. Epict. diss. 4,11,32* || 284 quid di ad homines?] *Herond. 1,9, Suda v. Σαλούστιος φιλόσοφος* || 285 *Sen. Herc. f. 675*

278 fritillo *vel* fundo *vel* fusillo *et alia corrupta* **sl** || 279 Claudius laudibus suis **s** | illa **V** || 280 manus **s** | thaltibius **V** talthibius **L** taltibius (-ty-) *vel* talubius *vel* calcibius (-chi-) *vel* calcidius **sl** | nuntius *om. Holkh. 390 Paris. 10413, del. Camden teste Grutero et Gronovius, prob. plerique edd.* satelles *Laur. A. 168* || 281 posset **s** | marcium **V** marcium *vel* martium **sl** | et[1] *om.* **s** | tyberim **VL** tyberim *vel* tiberim **sl** | Tectam] rectam **s** (**l** *nonnulli*) *vett. edd.* sacram *Ball. 136 (s. l. Ball. 130)* || 282 descendunt *Gertz* | compendiaria via **Lsl** | Narcisus **V** || 283 abalineo **S** abalneo **VL** ab alneo (a b-) *vel* ab alieno **s** a balneo (ab alneo) **l** || 284 dii **VLsl** | homines] omnes **s** | celerius i **L** *Mert. 297 Paris. 6630* celera **s** celerius praecedito *mg. Vat. 4498 ed. pr. Rhenanus* celerius i et *dub. Bücheler*[3] || 285 narcisus **V** || 287 Cerberus iacebat **s** | velut **SVLl** vel *om.* **s**, *del. Gertz* | oratius **SV** Hora **L** oratius *vel* horatius **sl** | conticeps **L** centipes **s** | pusyllum **V** || 287.288 subperturbatur albam **VL** *plerique edd. ante Bücheler* superturbatur (*vel* sub- *vel* -tus) albam **sl** || 288 canem *vel* carnem **s** | adsueverat **S** assueverat **VLl** *plerique* consueverat *Dubl. E. 5.201 nonnulli* solebat **s** | ca(r)nem vidit **s** *plerique* vidit canem niger **s** *nonnulli* || 289 in tenebris tibi **s** || 289–290 magna inquit voce **s** *nonnulli*

4 voce 'Claudius' inquit 'veniet'. cum plausu procedunt cantantes: '*εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν*'. hic erat C. Silius consul designatus, Iuncus praetorius, Sex. Traulus, M. Helvius, Trogus, Cotta, Vettius Valens, Fabius equ⟨it⟩es R., quos Narcissus duci iusserat. medius erat in hac cantantium turba Mnester panto- 290

5 mimus, quem Claudius decoris causa minorem fecerat. ad Messalinam – cito rumor percrebuit Claudium venisse – convolant primi omnium liberti Polybius, Myron, Arpocras, Ampheus †pherona otus†, quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, praemiserat. deinde praefecti duo Iustus Catonius et Rufrius Pollio. deinde amici Saturninus Lusius et Pedo Pompeius et Lupus 295

290. 291 *εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν] Athenag. legat. pro Christ. 22, Firm. err. 2,9, cf. Sen. fr. 12 (de situ et sacris Aegypt. ap. Serv. Verg. Aen. 6,154) et fr. 35 (de superst. ap. Aug. civ. 6,10), Iuv. 8,29–30*

290. 291 ЄΙΡΗΚΑΜЄΝCΥΝΧΑΙΡѠΜЄΝ **S** ЄΙΡΗΚΑΜЄΝCΥΝΧΑΙΤΡѠΜЄΝ **V** ΘΙΡΗ ΚΑΗЄΝCΥΝΧΑΙΡѠΜЄΝ **L** *Graeca verba restituit Faber* *συγχαίρωμεν Faber plerique edd.* *συγχαίρομεν Bücheler, v. comm.* ‖ **291** hi (c *s. l.*) **V** | .c. consilius **S** consilius **VLsl** *corr. Muretus* | consul *om.* **s** plerique | Iunius **Ss** unus **VLl** *corr. Sonntag* ‖ **291. 292** sex. trallus **S** sextus trallus **VLl** sextus aulus **s** Sex. Traulus *Lipsius* ‖ **292** M. (*vel* ΑΑ) Helvius (*vel* Helinus) *et alia corrupta* **sl** | cocta *vel* acca **s** cotta *vel* corta *vel* corio *et alia corrupta* **l** | tettius **S** tectus **VLl** tectius (-tus) *vel* teccius *vel* tertius *et alia corrupta* **s** Vectius *Iunius et Faber* Vettius *Bücheler* | eques .R. **SV** eques romanus **Lsl** eqq. Rom. *Sonntag* equites R. *Bücheler*$^{2-6}$ ‖ **293** narciosum duci **V** narcius ducius *mg.* **V**^{3} | cantantum **L** | mnester **S** nr̃t **V** ñr **L** nr̃ *vel* nester *vel* noster **sl** nestor *Dubl. E. 5.20* | pantomimus] patronus *vel* patronius **s** ‖ **294** quem] quam **V** | decoris causa] hac de causa **s** | minorem] monitorem *Curio e suo ms.* ‖ **294–295** minorem fecerat. ad Messalinam *dist.* **SVL sl** *plerique* minorem fecerat. nec non ad Messalinam ... venisse. *ed. pr.* (*Vat. 4498*) *edd. ante Fickert* m. fecerat. ad Messalinam cito ... venisse. *Fickert Haase* m. fecerat ad Messalinam. cito ... venisse. (monitorem fecerat Messalinae *in app. coniecit*) *Bücheler*$^{1-2}$ *prob. Eden* m. fecerat. ad Messalinam – cito ... venisse – (*post* fecerat *nonnulla videri intercidisse suspicatur Bücheler*$^{3-5}$ *app.*) *Bücheler*$^{3-6}$ *prob. Russo, alii alia, v. comm.* ‖ **294** admes sallinam **V** ‖ **295** convolarunt **VLl** | primum **VLl** | berti **V** (li *s. l.* **V**^{2}) ‖ **296** polibius **Lsl** | miron **SVLl** miron *vel* mitor *vel* mirro *et alia corrupta* **s** *corr. Rhenanus* | arporas **SVLl** arporas (*vel* app- *vel* arph-) **s** Harpocras *edd. ante Bücheler* | ampheus **SVLsl** Amphaeus *edd. ante Bücheler* | pherona otus **S** pheronattus **V** Pheronatius **L** Pheronatius (*vel* -ttus *vel* -ctus) **l** Pheronas **s** Pheronactus *Dubl. E. 5.20* Pheronactus *vel* Pheronactes *plerique edd.* Pheron, Auctus *Heraeus* Pheron, Aotus *Mariotti* (*coll.* Ἀώτου, *Wilcken, Griech. Ostraka 906,2*) Pheronaotus (*Φηρῶν ἄωτος*) *Eden* | omnes Claudius **s** ‖ **297** imperatus **V** imperatus *vel* imperator **s l** *nonnulli* inapparitus *Earle* inapparitus *vel* imperator *Postgate* ‖ **298** Rufrius Pollio *Reimarus* (*ad Cass. Dion. 60,23,2*) rofius (u *s. l.*) pomfilius **S** rufius pompei filius **V** rusius (russius **L**^{2}) pompeij filius **L** rufius (*vel* ruffius *vel* ruffus) pompeii filius **l** rufus (*vel* ruph- *vel* ruff-)

et Celer Asinius consulares. novissime fratris filia, sororis filia, generi, soceri,
300 socrus, omnes plane consanguinei. et agmine facto Claudio occurrunt. quos 6
cum vidisset, Claudius exclamat: 'πάντα φίλων πλήρη. quomodo huc venistis
vos?' tum Pedo Pompeius: 'quid dicis, homo crudelissime? quaeris quomodo? quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? in ius eamus: ego tibi hic s[t]ellas ostendam.'

305 Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia, quae de sicariis lata est, **14**
quaerebat. postulat, nomen eius recipiat; edit subscriptionem: occisos senatores xxxv, equites R. cc⟨c⟩xxi, ceteros ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. advocatum 2
non invenit. tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius, homo Claudiana lingua disertus, et postulat advocationem. non datur. accusat Pedo

307 *Hom. Il. 9,385*

301 πάντα φίλων πλήρη] *parodice* φίλων *pro* θεῶν, *cf. Aristot. anim. 411 a 8 (de Thalete), Diog. Laert. 6,37 (de Diogene), 9,7 (de Heraclito), Anon. iamb. in turp. Anth. lyr. Diehl*[3] *3,132,23 (coll. Alex. 214,23 Powell) (*φίλων*), Arr. Epict. diss. 3,13,15; 3,24,11 (*φίλων*), Clearch. ap. Athen. 12,6 (533e) [FHG II 313], v. comm.* || 302–303 quid ... quaeris ... quis] *Sen. contr. 2,5,14* || 303 amicorum interfector] *Iust. 9,8,16* || 305–310 *Sen. contr. 3 praef. 16–17* || 307 ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε] *Pind. Ol. 2,98, oraculum Pythiae ap. Herod. 1,47, prov. Otto 786, cf. etiam Sept. Gen. 13,16, Iudic. 7,12, Apoc. Iohann. 20,8*

pamphilius (*vel* pompilius *vel* pompelius) **s** Rufus (Ruffus, Rufius) Pompei filius *edd. ante Bücheler*[3] *qui Reimari coniecturam probavit* Rufius Pomfilius *hariolatur Bücheler*[2] Ruf(r)ius Pamphilus (*vel* Pompylus) *Heraeus* (*coll. codd. Gell. 2,18,8*) | saturnius **L1** saturnus **s** | lucius **s** lusius *vel* lucius **l** | et ... et *om.* **s**

299 celer asinius **S** celerasinus **V** celera sinus **L** celer asin(i)us **sl** | sororis filia *s. l.* **V**[3] || 300 facto *vel* dicto **s** | quas **s** *nonnulli* || 301 ΠΑΝΤΑΦΙΛΩΝΠΑΗΡΗ **S** ΙΤΑΝΤΑΦΙΑΩΝΤΙΛΡΗ **V** ΠΑΝΤΑΦΙΛΩΝΤΙΑΡΗ **L** *Graeca verba restituit Iunius* | vos huc venistis **VLsl** || 303 alius nos huc (*vel* huc nos) misit (*vel* mittit) **s** | amicorum omnium **Ll** || 304 in ius] iustus **s** *nonnulli* | hic tibi *vel* tibi huc (*vel* haec *vel* hic *om.*) **s** | sellas (*mg.* stellas) *Vat. 4498 ed. pr.* stellas **SVLsl** cellas *Ball. 130 Ball. 136* stelas *vel* sitellas *dub. Iunius* || 305 duxit *vel* ducit *vel* duc **s** | eacii **SV** eaci (eachi **sl** *nonnulli*) **Lsl** || 306 recipiat] recipit atque **s** | c *s. l. ante* edit *add.* **V**[3] | suscriptionem **S** || 306–307 senatores XXX. equites .R. U. ceteros CCXXI **SV** senatores XXX equites romanos .V. (XXV **s**) ceteros CCXXI **Lsl** || 307 XXXV *Bücheler* | CCCXV atque plures: ceteros CCXXI *mg. Vat. 4498 ed. pr. vett. edd.* CCXXI ceteros *transp. Rhenanus prob. Büch. omnes edd.* ceteros cives *Sonntag* CC⟨C⟩XXI, ceteros *W. Baehrens dub. Russo prob. Eden* (*coll. Suet. Cl. 29,2; cf. Oros. 7,6,18*) | ΟϹΑΨΑΜΑΘΟϹΤΕΚΟΝΙϹΤΕ **S** ΟϹΑΥΛΜΛΘΟϹΓΕΚΟΝΙϹΤΕ **V** ΟϹΛ ΥΑ ΜΛΘΟϹ ΤΕ ΚΟΝΙϹΤΕ **L** *verba Homeri restituit Rhenanus* | Claudius *vel* ille (ille *Büch.*[4–6]) *ante* advocatum *desiderat Bücheler* ⟨ille⟩ *Gertz* ⟨iste⟩ *Wachsmuth* ⟨reus⟩ *Birt* || 308 eius convictor **V** || 309 dissertus **Vs** *nonnulli*

Pompeius magnis clamoribus. incipit patronus velle respondere. Aeacus, 310
homo iustissimus, vetat et illum, altera tantum parte audita, condemnat et
3 ait: *αἶκε πάθοις τὰ ἔρεξας, δίκη εὐθεῖα γένοιτο.* ingens silentium factum est.
stupebant omnes novitate rei attoniti, negabant hoc umquam factum. Claudio magis iniquum videbatur quam novum. de genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret. erant qui dicerent, Si⟨syph⟩um diu la- 315
turam fecisse[nt], Tantalum siti periturum nisi illi succurreretur, aliquando
4 Ixionis miseri rotam sufflaminandam. non placuit ulli ex veteribus missionem dari, ne vel Claudius umquam simile speraret. placuit novam poenam
constitui debere, excogitandum illi laborem irritum et alicuius cupiditatis

312 *Hes. fr. 286,2 M.-W. (174 Rz.)*

311 homo iustissimus] *Tert. anim. 33,9* | altera ... audita] *Sen. Med. 199* || **312** *αἶκε ... ἔρεξας*] *Sen. Herc. f. 735* || **313** stupebant ... attoniti] *Sen. Tro. 442, Octavia 35* || **314. 318** de genere ... novam poenam] *Sen. de ira 3,20,1; 40,4, Lucian. Catapl. 28–29* || **315** erant qui dicerent] *Sen. contr. 10,2,14 et 17* || **317** sufflaminandam] *figurate Sen. contr. 4 praef. 7, cf. Iuv. 8,148* | ex veteribus] *Ov. Ib. 187, Sen. Herc. f. 580* || **318** novam poenam] *Sen. contr. 1,3,6* || **319** laborem irritum] *Sen. tranq. 7,2; 12,1, Med. 748*

310 Pompeius *om.* **s** | magns **S** magis (n *s. l.* **V**[3]) **V** | clamoribus magnis **l** *plerique* | patronus] petronius **l** *nonnulli* P. Petronius *ed. pr.* Petronius *dub. W. Baehrens* | eacus (eachus **l** *nonnulli*) **SVLsl** || **311** et[1] *om.* **VLl** | parte altera tantum audita **s** | condempnat **VLsl** || **312** ΑΙΚЄΤΤΛΚΤΛЄΡЄΞΑϹΛΙΚΗЄΥΘΙΑΤЄΝΟΠΟ **S** ΔΙΚЄΤΑΙϹΤΑЄΡЄΖΛϹLΚΗЄΥΘΙΑΙЄΝΟΠΟ **V** ΑΙΚЄ ΤΑΙϹ ΤΑЄΡЄΖΑϹ ΑΙΚ ΗЄΥΘΙΑ ΤЄ ΗΘΠΟ **L** *αἶκε πάθοις τά κ' ἔρεξας, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο hunc versum Hesiodeum diserte sic scriptum dispexit Faber, prob. Birt Russo Eden (τ' ... κ' Birt, Russo, del. Eden) εἴκε πάθοι τά τ' ἔρεξε etc. restituit Curio (coll. Arist. Eth. Nicom. 5,8) prob. plerique edd., v. comm.* | *εἴκε vett. edd.* *αἶκε Bücheler* | *πάθοι an πάθῃ dub. Bücheler*[4–6] *app.* | *εὐθεῖα Eden* || **313** rei novitate **s** | negabant ... factum *del. Birt* || **314** iniquum magis **VLl** *prob. Mariotti*[1] || **315** quid illum *s. l.* **V**[3] | quid ... oporteret *del. Birt Hartman Herrmann* || **315–316** siumdiu laturam fecissent **S** siunidii laturam fecissent **V** si unius dii laturam fecissent **L l** *nonnulli Dubl. E. 5.20* si uni dij laturam fecissent **l** *plerique Vat. 2212* *om.* **s** si uni dilaturam fecissent *Iunius* Tityum iam diu vultures pavisse *Orelli* Sisyphum ⟨satis⟩ diu laturam fecisse (⟨nimium⟩ *Gertz Kurfess*[2], ⟨iam⟩ *Rossbach Waltz*) *Bücheler* si nimium diu laturam fecissent *Ball* Sisyphum diu laturam fecisse *Rostagni Ronconi Russo Eden, alii alia, v. comm.* || **316** succur^{re}retur **S** succurretur **L** succurretur *vel* succurreretur **sl** || **317** Yxionis (Ys-) **s** (**l** *nonnulli*) | subflammandam (suff-) *vel* sufflaminandam **sl** | ulli] illi **V** | veteris **V** veternis **Ll** *plerique* veteranis *Cort. 81 Paris. 1936 Vat. 4498 ed. pr., vett. edd., prob. Rostagni Ronconi Waltz* | missionem pene (poenae) **s** || **318** aliquid *ante* simile *add.* **s** | novam *om.* **s** *nonnulli* || **319** excogitari (-e) ... constituendum (-ere) **s** | alicuus **V**

320 spe⟨cie⟩m sine effectu. tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere et nihil proficere.

15

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
utraque subducto fugiebat tessera fundo.
cumque recollectos auderet mittere talos,
325 lusuro similis semper semperque petenti,
5 decepere fidem: refugit digitosque per ipsos
fallax assiduo dilabitur alea furto.
sic cum iam summi tanguntur culmina montis,
irrita Sisyphio volvuntur pondera collo.

330 apparuit subito C. Caesar et petere illum in servitutem coepit, producere testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. adiudicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat. is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus esset. 2

320 pertuso fritillo] *Plaut. Pseud. 369, Lucr. 3,936, Lucian. Timon 18, dial. mort. 21,4* || **325** similis ... petenti] *Hom. Od. 11,608 (αἰεὶ βαλέοντι ἐοικώς), Hesiod. Sc. 215, Verg. Aen. 6,602–603; 8,649* || **326** decepere fidem] *Sen. Herc. f. 754* || **327** fallax ... alea] *Ov. Pont. 4,2,41* || **331** flagris ferulis] *Suet. Claud. 8*

320 spes sine effectũ **S** spes sine fine effectus **VLl** *Dubl. E. 5.20* spem sine effectu **s** specimen sine effectu *Rhenanus Neubur* ('spes *incongrua oratio ad* laborem irritum *videtur*') spes sine effectu *Fromondus Schusler* spem sine effectu *Schenkl Gertz Russo Eden* speciem sine effectu *post Scheffer Bücheler scripsi* (*coll. Sen. tranq. 12,1 et 5*), *alii alia, v. comm.* | Aeacus] ae ticus **S** eacus **VLsl** | pertuso **S** *Cas. 392 Vat. 2216* percusso **VLsl** || **321** figientes **S** | tesseras semper **s** || **322** Nam] Iam **s** (**l** *nonnulli*) | erat resonante] fratrę sonante **S** || **324** collectos **V** | auderet] arderet *Gertz Palmer* || **325** lusuro] fusuro *Bücheler*[3–6] | semper repetentis *Gertz* || **326** Decipere **V** || **327** adsiduo **S** *sed cf. 5,2* | delabitur **s** || **329** inrita **S** *sed cf. 14,4* | sisyfio **S** sisifilo **V** sisiphio (*vel* -phyo **s**) **Lls** || **330** ⟨cum⟩ apparuit *Earle* | coepit producere **S** coepit, producere *Mariotti* cepit (caepit **V**). producit **VLl** *prob. plerique edd.* c(o)epit et producere **s** *prob. Russo* || **331** illum *secl. Bücheler Sedgwick* olim *Maehly Gertz* | illa (o *s. l.*) **V** eo **s** ipso *Maehly* | flagris ab eo ferulis et colaphis (et ferulis colaphis *Cas. 392 Vat. 2216*) **s** flagris ... colaphis *secl. Herrmann* || **331–332** adiudicatur .c. caesari cesar **Ss** adiudicatur .c. caesar **V** Adiudicatur G. cesari **Ll** || **332** illum *post* is *transp.* **s** | eaco donatis **S** ea codonat (n *s. l.*) is (n *s. l.* **V**[2]) **V** eacus donat. Is **Ll** | adiudicatur C. Caesari, illum Aeacus donat *vett. edd.* adiudicatur. Caius Caesar illum Aeaco donat *Neubur* adiudicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat *post Schusler plerique edd.* adiudicatur. C. Caesari illum Aeacus donat *ed. pr. Eden, v. comm.* | liberto suo Menandro **s** Malcandro *dub. Lévy* || **333** esset **SV** abesset **Lsl** || *subscriptio* DIVI · CLAVDII · EXPLICIT · APOTHEOSIS · ANNEI · SENECAE · PERSATVRAM **S** *om.* **V** EXPLICIT LVDVS SENECE DE MORTE CLAVDII CESARIS **L**

COMMENTARIVS

1, 2 *dicam quod mihi in buccam venerit.* cf. *ἐροῦμεν ὅτι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα* Aesch. incert. fab. apud Platonem rep. 563c ubi de libertate, de servitute et de tyrannide disputatur, nec non de hominum genere fucis comparato (564b) et de tyranno violenta caede clam e medio sublato (566b): cf. infra Vergilianum illud *dede neci ... aula* (3,2). verba *in buccam venire* non raro leguntur apud Cic. (e. g. Att. 1,12,4, at cf. etiam Sen. epist. 118,1), Mart. 12,24,5, cf. Radt TrGF ad Aesch. inc. fab. fr. 351.

non passibus aequis. verba quae apud Vergilium ad parvulum Iulum referuntur iocose Seneca traducit ad Claudium quem *ingredientem destituebant poplites minus firmi*, ut ait Suetonius Claud. 30. cf. infra *pedem dextrum trahere* (5, 2), *insolitum incessum* (5, 3).

1, 2–3 Paschasii Radberti abbatis ord. S. Benedicti coenobii S. Petri Corbeiensis Epitaphium Arsenii seu Vita Walae ed. Dümmler 20–21 (ex libro I paulo post a. 836 scripto): ADEODATUS: *Quis umquam ab historico iuratores exegit? tamen si necesse fuerit*, sunt plures quam probi viri, qui tuis assertionibus iuramenti dextras dabunt, quo satis indignum est subterfugere veritatis amico, et de veritate aliquid petentibus timide reticere. PASCASIUS: Iure, Adeodate, agis, quem precibus fatigas, tuis si faveas votis. sed quid ignoti facient, cum a conscio criminamur? aut non legisti, quid nuper attulit gentilium tema, quod quidam *Drusillam in caelum euntem viderit*? fortassis *idem vidisse* Arsenium habentem *iter* in cęlum narrabit. quapropter eum interrogate, si vobismet non creditis, *velit nolitve*, *quae in cęlo aguntur*, quia divinis non credimus, forsitan se vidisse monstrabit, quem *si interroges*, vel *soli narrabit; coram pluribus*, ut estimo, *numquam verbum facturus.* nam idem *ex quo in senatu iuravit* eandem *se vidisse caelum ascendere*, eique *pro tam bono nuntio nemo credidit, quicquid viderit, verbis conceptis firmavit se* nulli dicturum, *etiamsi in foro hominem vidisset occisum.* ADEODATUS: Sentio quid pretendis paulo timidius quam expediat. putasne narrare quippiam, quod omnibus eque placeat cunctique credant? quid igitur illo nuntio clarius quidve felicius? et (quod maius est) quid verius, quod Christus victor ab inferis cum carne cęlos petivit?

Radberti Epitaphium ab uno codice manuscripto traditur, Paris. lat. 13909, saec. IX (X in. Dümmler), quem Radberti fuisse autographum aut certe primarium exemplar manu ipsius Radberti recognitum correctumque coniecit J. Mabillon, ed. Acta Sanct. ord. S. Ben., IV 1,453–522 (PL 120,1557–1650).

1, 3 *tam bono nuntio.* de Apolline qui consecrationem imperatoris Traiani mortui testatur et novum mundi dominum proclamat. v. Papyr. Giess. 3 col. 1 *καινὸν Ἁδριανὸν (anno novo) ἀγγελῶν (= εὐαγγέλιον, tam bono nuntio) ... διὰ ἀρετὴν καὶ πατρὸς τύχην θεοῦ* (cf. 8,3 *ut deum orant ... τυχεῖν), χαίροντες τοιγαροῦν θύοντες ...* (cf. 4,2 *haec Apollo ... χαίροντας εὐφημοῦντας).* v. O. Weinreich, Arch. Religionswiss. 18, 1915, 34–45; id., Senecas Apocolocyntosis 27; E. M. Smallwood, Documents illustr. the Principates of Nerva, Trajan and Hadrian 519.

2,3 ⟨*adeo non*⟩ *adquiescunt.* recte *adquiescunt* opponitur subsequenti *inquietent.* aliae coniecturae: *nimis rustice* (*-o* Cortius) *acquiescunt oneri* (*honori* Neubur Sonntag Schusler) Rhenanus Ruhkopf (*nimis!* Ruhkopf) *nimirum rustice;* ⟨*adeo non*⟩ *adquiescunt o. p.* [*non contenti*] Kurfess[4] *nimis rustice, ais; quiescunt o.p.* Birt ⟨*numquam in his*⟩ *adquiescunt* Mariotti ap. Russo[2-3] *nimis* ⟨*his*⟩, *rustice, adquiescunt o. p.* ⟨*ut*⟩, *non contenti*... [*ut*] Niedermann *nimis rustice! omnes poetae non* [*contenti*] *adquiescunt ortus* Mras *nimis rustice* ⟨*hic*⟩ *adquiescunt* Tescari ap. Russo append. *n. r. acquiescis operi. poetae*... [*ut*] ... *inquietant* Lindemann *n. r. adquiescis. nunc* ⟨*adeo*⟩ *omnes p.* Haase *n. r. adquiescis, quum o. p.* ... [*ut*] Ussing *n. r. acquiescis*: *sunt o.p.* Ronconi *n. r. adquiesc*⟨*is! adeo s*⟩*unt* Tandoi *n. r., ait quis, cum nunc o. p.* ... [*ut*] Gertz *n. r.* ... *adsuescunt o. p.* Haupt *'n. r.' atqui sunt o. p.* Rossbach Weinreich Rostagni *n. r., inquies, tu nunc. horni poetae*... [*ut*] ... *inquietant* Gronovius *'n. r.' inquies: 'cum omnes poetae*... [*ut*] Scioppius, prob. Bücheler ('vide ne interciderit versiculus huiusmodi: *adquies*⟨*cis in his, inquis. tam curiose de sole di*⟩*cunt omnes* ... *ut'* Bücheler[4-6] app.) *'n.r.' inqui(e)s, cum sint o. p.* W. Baehrens *n. r. at*⟨*que inepte, in*⟩*quies; sunt o. p.* Kurfess[2] *n. r. inquies, sunt o. p.* Ball.

3,2 *dede neci* ... *in aula.* Verg. georg. 4,89–94 *deterior qui visus, eum* ... *dede neci; melior vacua sine regnet in aula. alter erit maculis auro squalentibus ardens – nam duo sunt genera: hic melior insignis et ore et rutilis clarus squamis; ille horridus alter desidia latamque trahens inglorius alvum.* cf. infra de Nerone: *aurea* ... *saecula, flagrat nitidus fulgore remisso vultus* (4,1 vv. 9. 31), et *insignis regi forma est dissimilisque ceteris cum magnitudine tum nitore* (clem. 19,2). de Claudio: *pedem dextrum trahere* (5,2), *qui vobis non posse videtur muscam excitare* (10,3). apud grammaticos *dede neci* laudatur: cf. Non. 432,11 (696 L.), Arus. Mess. GL 7,465,15. recte de Claudio, cf. Fest. 162 (158 L.) *'neci datus' proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame.* de hominum genere fucis comparato, de servitute et de tyrannide v. supra 1,2 *dicam quod mihi in buccam venerit.*

4,2 *χαίροντας* ... *δόμων.* hic est ultimus e quattuor versibus, quos ex Euripidis Cresphonte afferunt scriptores complures, Cicero autem Latine vertit (Tusc. 1,115) et titulum fabulae laudans. Euripidis versus plerumque referuntur in contextu orationis de morte (*περὶ θανάτου*) vel de ortu hominis (*περὶ γενέσεως*): Sext. Emp. hypotyp. 3,230 (inter philosophos Stoicos et Epicureos disputatur *τί ἐστιν ἡ λεγομένη τέχνη περὶ βίον*), Clem. Alex. strom. III 3,15,2, Stob. 4, 52b,42, Strab. 11,11,8, Plut. aud. poet. 14 (36F), Arr. Epict. diss. 4,5,15, Menandri rhet. decl. 9 (IX 282 Walz). cf. comm. Nauck[2] ad loc. v. 4 praeter Senecam laudant Heliod. Aethiop. 7,11,9 et Plut. quaest. conv. 1,2,1 (615E), ubi de homine aliquanto insolentiore disseritur convivium ingredi recusante, immo superbe negante locum semet ipso dignum in convivio vacuum relictum: *ἐκεῖνον μὲν οὖν πολλῷ γέλωτι χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων ἐκέλευον οἱ κατακείμενοι. καὶ γὰρ ἦσαν πολλοὶ μετρίως ὑποπεπωκότες.* cf. enim *Claudium / ἐκεῖνον, iubent / ἐκέλευον, omnes / οἱ κατακείμενοι,* epit. Xiphil. Cass. Dionis 60,35 *Ἀγριππίνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιοῦντο ὃν ἀπεκτόνεσαν, ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν.* apud Senecam alibi Euripidis versus in lat. translati laudantur ep. 49,12; 115,14–15. v. supra 1,3 *tam bono nuntio.*

5,3 *vt qui etiam non omnia monstra timuerit.* haec verba ad monstra marina pertinere

videntur, cf. enim Pind. Nem. 3,23–24 *δάμασε δὲ θῆρας ἐν πελάγεϊ ὑπερόχους* et infra *vocem nullius terrestris animalis sed qualis esse marinis beluis solet.* hunc locum editores et viri docti varie emendaverunt: e.g. *utcumque etiam Iunonia monstra domuerit* Gronovius *ut qui etiam nova Iunonia* (vel *Iunonis*) *monstra timuerit* Orelli *ut qui tantum non omnia monstra domuerit* Fickert *ut qui victa non omnia monstra timuerit* E. Baehrens *ut qui etiam non enormia monstra timuerit* Gertz *ut quem iam non omnia monstra timuerint* Haase. *domuerit* malunt Faber Lipsius multi edd. ('quod forsitan probandum sit' Waltz). sed de vi verbi *timere* cf. Weinreich 63–65.

5, 4 *τίς πόθεν ... τοκῆες.* Hom. Od. 1, 170 (ubi Telemachus Minervam alloquitur), 15, 264 (ubi Theoclymenus Telemachum alloquitur); iisdem verbis Ulixem alloquuntur Circe (10, 325), Eumaeus (14, 187), Penelope (19, 105), Laertes (24, 298). *πόθι τοι* legitur in codd. Homeri, sed 'si litterarum ductus in S servatos presserimus, in Graeco versu *ποίη πόλις* scribendum erit, non *πόθι τοι πόλις*; et illud aeque bene ferri potest (v. Od. 1, 406 [*ὁππόθεν οὗτος ἀνήρ, ποίης δ' ἐξ εὔχεται εἶναι γαίης;*]) nec quod Homerum non satis accurate expressit scriptor offendere debet' (Gertz 845). adde etiam Od. 1, 171 et 14, 188 *ὁπποίης τ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο.* de *πόθεν ἀνδρῶν* = *ἐκ ποίων ἀνθρώπων* v. Wackernagel, Vorlesungen über Syntax I 299–300. Homericus hic versus parodice saepe laudatur: Lucian. Icar. 23, Philop. 23, Diog. Laert. 4, 46. cf. etiam Xenophan. VS 21 [11] B 22, Batrach. 13, Epigr. gr. 101,1; 530,1 Kaibel, Inscr. Olympia 225 Dittenberger, Anth. gr. 5, 113, 5; 9, 368, 1, Eust. Macremb. 8, 11, Lipsii Somnium 3. de Homero apud Senecam cf. de ira 1, 20, 8, nat. 6, 23, 4.

Ἰλιόθεν ... πέλασσεν. versus Od. 9, 39 metri causa laudatur: Dionys. Hal. comp. verb. 6, 17, 11, schol. B Hephaest. p. 259, 6–260, 2 Consbruch, Ps. Hephaest. p. 353, 5 C., Arr. Epict. diss. 2, 19, 12. parodice Anth. gr. 11, 346, 7. ad versus Homeri *τίς πόθεν ... Ἰλιόθεν* respicit Heliod. Aethiop. 2, 21, 4–5.

πόλιν ἔπραθον. cf. Soph. Trach. 364–365 *κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε καὶ πόλιν ἔπερσε* (de Hercule).

6, 1 *marci municipem vides* est glyconeus. *Munatii* (coll. ILS 886, Sen. epist. 91, 14) prob. Eden. *Marci,* i.e. *Marci Antoni* plerique edd., cf. A. De Boissieu, Inscr. ant. de Lyon 125–132; M.O.B. Caspari, Cl. Rev. 15, 1911, 11. Rhenanus: 'si *Marci* legas, *Ancum Marcium* intelligas.' *Marci* = *Marci Apri* H. Mac L. Currie et R. Sealey. *Planci* Bücheler$^{1-2}$, *Marci* Bücheler$^{3-6}$, qui in apparatu adnotat: '*marci* corruptum, ex nomine opinor gallico' (Bücheler^{3}); '... iam facete ita vocari sentio civem Romanum ex colonia municipiove quasi non natum civem R. sed factum' (Bücheler$^{4-6}$). de Gallico cognomine *Marcus* cf. K. Bringmann 907–908. Gertz: 'cogitavi de *Momori* nomine, auguris Celtici, qui Luguduno nomen dedisse fertur, vide Plutarchi lib. de fluviis cap. 6.' Birt: 'ego vero ex inferiore aetate de urbis origine hanc traditam esse fabulam invenio, duces duo fuisse Momorum et Atepomarum qui corvorum augurio obsequentes in unius urbis loco primum sibi domicilium constituerint.' *tomachi* legit Palmer coll. Iuv. 14, 271 *municipes Iovis lagonas, Mercri* (= *Mercuri*) Smilda. *marci* legendum mihi videtur, cf. *vitem quam Galliarum incolae marcum vocant, mediocris vini* (Colum. 3, 2, 25, Plin. nat. 14, 32). de lusu verborum v. etiam Varr. men. 60 B. (= Astbury): *ebrius es Marce.*

6, 2 *ille autem Febrim duci iubebat illo gestu...quo decollare homines solebat*: sic distinguere malim, cf. enim supra 4, 3 *cum maiorem sonitum emisisset illa parte qua facilius loquebatur.*

7,1 *mures ferrum rodunt.* ad Gyarum insulam immitem desolatamque pertinere videtur. cf. Plin. nat. 8,222, Aelian. nat. an. 5,14. de maximo portento et tristi omine: Cic. div. 1,99; 2,59, cf. ThLL 8,1690,7 et 33. v. D. Kuijper, Mn s. IV 18, 1965, 64–71.

7,3 *μωροῦ πληγήν. μωροῦ* pro *θεοῦ*, cf. infra 8,3. de formula cf. Hom. Il. 16,816, Aesch. Ag. 367, Soph. Ai. 137.
gallum ... posse. Anonym. Physiognom. 131 (II 142 Förster) *gallus ... animal est ineptum, in venerem calidum, speciei ac vocis suae gerens fiduciam magnam. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: oculo rotundo nitenti, capite parvo mobili etc.*

7,5 ** 8,1 Rhenanus: 'aut mendosus locus, aut (quod potius credo) Graeca hic desunt.' Iunius: 'locus procul dubio mutilus, non modo depravatus: ut verisimile sit, multa istic desiderari, siquidem ab hoc versu novae pagellae initium est in manuscriptis [sc. cod. **V**]: suspicio tenet, bonam dialogismi partem abesse.' dialogismum desperate corruptum, mutilum et mancum sic restituit Neubur ex Gallica versione (Continuation des Mémoires de Littérature et d'Histoire de Mr. de Salengre, Parisiis 1726, t. I, p. II, 251): '*exhausi.* hic delinitus Hercules Claudium induxit in caelum: ad cuius adspectum ingens subito tumultus inter minorum gentium deos ortus est. omnis turba circumstat Claudium Herculemque, et num hoc monstrum dignum existimet, quod diis misceretur, hunc interrogant. non, quod dignus sit, respondet Alcides, *sed quoniam volo.* tunc Semonum princeps: *non mirum ... praeputio.* mox alius defixis oculis Claudium intuens *est* ait *in illo ... tulisset.* sed non, inquit princeps Semonum, spero admissum iri: *illum deum ... vocare.* tum Claudius: *quaeso, inquit, quaero etiam nunc, licetne sororem suam?* Semonum princeps: *stulte stude... totum.* Claudius: *atqui Romani, inquit, mores nos obligant.* Semonum princeps: *hic nobis curva corriget...*' – Sonntag ('deest enim narratio quomodo Hercules in deorum curiam paulo lentius irruerit') malit *deus aliquis ad Herculem* ante *non mirum, deus alius* ante *si mehercules*; verba *quare – inquit – quaero* Herculi vel Claudio tribuit. cf. cod. Paris. lat. 10413 (Praef. p. XXII).

8,1 *οὔτε αὐτὸς ... παρέχει.* verba Epicuri saepe laudata: rat. sent. 1, cf. Diog. Laert. 10,139, Gnom. Vat. 1, Galen. hist. philos. 16 (XIX 242 Kühn), Max. Tyr. philos. 4,9a, Salust. 9,3, Nemes. nat. hom. 43 p. 127,3 Morani, schol. T Hom. Il. 24,526. *πράγματα (-τ') ... ἄλλῳ* (vel *ἑτέρῳ*) plerique *πρᾶγμ' ... ἄλλοις* schol. T. *πρᾶγμα ἔχει* scribere malim ex lectione codd. **SL** (ЄΧΙЄΤ = ΕΧ(Ι)ΕΙ); lectio cod. **V** EXIETT dittographia videtur, cf. e. g. infra ΠΑΡЄЄΧЄΙ et supra 5,4 ΤΙΩΝ ΤΙΟΙΝ = ΠΟΙΗ. de *πρᾶγμα* sensu obsceno cf. A. Athanassakis, TAPhA 104, 1974, 18–19 et infra *sine capite, sine praeputio* (ThLL 3,410,66). de Epicuri sententia apud Latinos auctores saepe conversa cf. Cic. nat. deor. 1,24; 1,85 et comm. ad loc. A. S. Pease, Cambridge Mass. 1955.
rotundus ... sine praeputio. 'Varroni quae tribuuntur, proxime absunt a senario *rotundus est sine capite sine praeputio*' Bücheler, Varr. Menipp. Rel. 583. verbum *praeputium* primum legitur apud Senecam et Iuvenalem sat. 14,99 [sat. 6,238 'in quibusdam codd. non est, inquit Probus' Valla], inde saepe apud scriptores Christianos de Iudaeis. verbis *sine capite sine praeputio* convicium facit Claudio deus aliquis (Stoicus?); similia apud Rut. Nam. 1,383–390. Claudius enim Iudaeorum causam saepe defendit, cf. A. Momigliano, Claudius. The Emperor and his Achievement, with a New Bibliography, Cambridge [2]1961, 29–38 et 96–102. quid de Iudaeis Seneca senserit v. Aug. civ. dei 6,11 (Sen. fr. 41. 42 Haase).

8, 3 *caeli scrutatur plagas.* antiquam hanc sententiam, qua Ennius utitur (Scenica 244 V.[2] = 187 Jocelyn *quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas*), haud raro apud scriptores Graecos invenimus: cf. Soph. fr. 671 N.[2] = 737 Radt (TrGF IV 520) *μισῶ μὲν ὅστις τἀφανῆ περισκοπῶν*, Aristoph. fr. 672 K. (CAF I 557) *ὅς τὰ μὲν ἀφανῆ μεριμνᾷ, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει* (ubi philosophum aliquem, Socratem vel Protagoram, irridet), Plat. Theaet. 174a de Thalete, Arr. Epict. diss. 2, 17, 29. v. etiam Varr. men. 233 B. (= Astbury), Tert. nat. 2, 4. ex Cic. rep. 1, 30 haec verba Enniana Seneca hausisse videtur (cf. infra 12, 3 v. 3 *egregie cordatus homo*). similia autem verba (*plagas caelestum*) alibi apud Ennium legimus ad eos homines relata qui, pluribus hominum milibus trucidatis, nihilo minus non modo in templum, sed etiam in caelum admissi sunt: cf. Lact. inst. 1, 18, 11–13: *aput Ennium sic loquitur Africanus: 'si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est, mi soli caeli maxima porta patet', scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit ... cui vanitati etiam Cicero adsensit* (de rep. inc. fr. 9). *'est vero' inquit 'Africane: nam et Herculi eadem ista porta patuit'; tamquam ipse plane, cum id fieret, ianitor fuerit in caelo.* ex quo suspicari possumus plura alia ex Ennio Senecam hausisse (v. etiam epist. 108, 34): cf. enim 5, 2–8, 1 *nuntiatur Iovi venisse quendam...tum Iuppiter Herculem iubet ire et explorare ... πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς* (de Claudio) ... *in curiam impetum fecisti: nihil tibi clausi est* (de Hercule). haec tamen Enniana etiam in Tusculanis disputationibus Seneca invenire potuit: cf. enim Tusc. 1, 18 (*egregie cordatus*), 5, 114 (*cum alii saepe quod ante pedes esset non viderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur* [de Democrito]), nec non 1, 115 ubi aliquot versus ex Euripidis Cresphonte Latine versos legimus, quorum ultimus, ut supra diximus, in Apocol. 4, 2 Graece laudatur. Enniana ex Cicerone haud raro hausisse Senecam constat. cf. epist. 108, 33–34, benef. 4, 27, 2 et exc. epist. lib. XXII (Gell. 12, 2, 3).

μωροῦ εὐιλάτου τυχεῖν. εὐίλατος vel ad regem (Epist. priv. gr. 8, 2 Witkowski, Phil. de Iosepho 104) refertur vel ad deum (Plat. rep. 427b *ἔχειν*, leg. 10, 910b *ποιεῖν*, CIA III 73, Sept. Esdras 1, 8, 53, Psalm. 98, 8). Latine *deum propitium habere.* cf. H. Hanse, "Gott haben", Berlin 1939, 82–85. *μωροῦ* pro *θεοῦ* cf. 7, 3 *μωροῦ πληγήν.*

9, 2 *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω* apud Homerum de viris prudentibus, qui non praesentis tantum temporis, sed et rerum praeteritarum et futurarum habent rationem: Il. 1, 343 de Agamemnone, 3, 109 de Priamo, 18, 250 de Polydamante (*ὅρα π. κ. ὀ.*); Od. 24, 452 de Halitherse (*ὅρα π. κ. ὀ.*). ad verba Homeri respicit Ov. fast. 1, 114 *ante quod est in me postque* et 138 *ianitor egressus introitusque videt* (de Iano); cf. Anth. lat. I 2 n. 665, 1–2.

9, 3 *Fabam mimum* optime coniecit Bücheler, cum Seneca alibi (ep. 97, 4) eandem Ciceronis epistulam (Att. 1, 16, 5) laudavisset. *fama minimum* Sonntag *fatuum mimum* O. E. Schmidt *fabae Midam* Inge *θαῦμα mimum* Ussani *Fabulam mimum* Rossbach *Faulam* vel *Fabulam mimum* Stangl *famam mimum* vel *famam imam* Ball *φαλαρισμόν* Herrmann *φάσμα mimum* Watt *in faba myrum* vel *fabam myrum* Pearson. inter verba *deum fieri* et *iam fama nimium* lacunam susp. Rousseau. cf. Proverbia sent. lat. medii aevi n. 4136 *cum faba florescit stultorum copia crescit.*

fecisti. Ianus enim Iovem alloquitur; acriter Iuppiter impugnatur 8, 2 *illum deum ab Iove...*, 10, 4 *videris, Iuppiter...*

inter novos auctoratos ferulis vapulare. ferulis de gladiatoribus, cf. Mart. 2 praef. 4. re-

spicit fortasse Seneca ad meridianos ludos in gladiatorum cavea (v. Heinze 66) in quibus servi deorum formam induunt, e.g. Herculis, Mercurii, Ditis Patris, cf. Sen. epist. 7,3, Tert. apol. 15,4–5, nat. 1,10,45–47, ubi mimi memorantur in quibus *famosum et deminutum caput imago cuiuslibet dei vestit.*

